dit Auguſtinus ꝙ omnis cognitionis actus accipiatur a
re exiſtẽte.ſed ꝙ nihil põt habere rõnẽ cognoſcibilis niſi
prius re vel ratione habeat rationem entis. Et ꝙ hoc in-
tendat patet per hoc qḋ ſequitur ibidem immediate. Ni-
hil enim ait ſit qḋ cognoſcitur cognoſci nõ poteſt.Cuʒ ergo
actus habeat nobilitatem ex obiecto.ſm qḋ obiectum co
gnitionis angelice habuit eſſe in verbo nobilius vbi vide
batur viſione matutina:quã in natura ꝓpria vbi videba
tur viſione veſpertina.nobilior erat actus cognitiõis vnius
q̃ɜ alterius.Et hoc eſt qḋ ibideʒ intendit Auguſtinus:pro-
ut patet intuenti ſuper Gen.ad litteraʒ.libro.iiij.ca.xxxv.
Ad 3^m per totum.℄ Ad 3^m dicendum.ꝙ nulli habenti intelle-
ctum ſanum vertitur in dubium.ꝙ propinquitas localis
ad actum cognitionis intellectiue nullatenus requiritur.
Cum ergo dicunt ꝙ ipſi experiũtur ꝙ nõ aliter cognoſcũ
tur diſtantia q̃ɜ omnino nõ entia:manifeſtum eſt omni
experto ꝙ mentiuntur.Quod enim omnino nõ eſt non
eſt cognoſcibile vllo modo.Quod vͦo diſtans eſt ⁊ extra
ꝓſpectum viſus noſtri.qui in videndo iuuatur ꝓpinqui-
tate ꝓportionata ſui obiecti.⁊ nimia ipſius impeditur di-
ſtantia nõ minus eſt intelligibile q̃ɜ prius. dũmodo eius
ſpecies intelligibilis que a ſitu nõ dependet habeatur per
fecte ab intellectu.quoniaʒ nec preſentia nec actualis exi
ſtentia requiritur ad hoc ꝙ res ipſa actu intelligatur.alio
quin nõ intelligeremus cũ vellemus.qḋ eſt contra pħm.
T.c.154. ⁊ hoc certe ſi attendiſſent iſtam auctoritatem ſcḋi de aĩa.
nõ addixiſſent per ſe.qꝛ eſt manifeſte cõtra eos:ſicut pa-
tet omni intelligenti.Si autem ponatur ꝙ aliquid taliũ
omnino annihiletur ꝙ nõ habeat eſſe in anima nec extra
animam vt obiciunt:tunc planum eſt ꝙ nõ eſt amplius
intelligibile.℄ Quod vͦo ſubdunt.Si angeli cognoſcunt
per ſpecies innatas diſtantia.ergo eadem ratione poſſunt
cognoſcere futura per eaſdem.manifeſtum eſt cuilibet ꝙ
conſequentia nõ valet.Quod enim futuꝝ eſt:nec eſt nec
habet ſimilitudinem.⁊ per conſequens cum non habeat
aliquam ſpeciem in intellectu per quam cognoſcatur.Iʒ
autem aliquid ſit diſtans.nihilominus ſpecies eius in in-
tellectu exiſtens eſt ſimilitudo quidditatis ſiue entitatis
eiuſdem.ſicut patet ex dictis.vnde qḋ adducunt de Da-
ma.ꝙ angeli nõ cognoſcunt futura niſi per reuelationẽ.
Ad 4^m. futura dico cõtingentia concedendum eſt. ℄ Ad 4^m cuʒ
dicunt.ꝙ ſi angelus cognoſceret per ſpecies innatas ⁊ nõ
per receptioneʒ:tunc nihil poſſet ei abſcondi.nõ valet cõ-
ſequentia.qꝛ ad hoc ꝙ aliquid actu intelligatur:nõ ſolũ
requiritur ꝙ ſpecies eius ab intellectu habeatur:ſed opor
tet ꝙ intellectus ſpecie habita actu vtatur. Poteſt ergo
angelus bonus ſe abſcondere a diabolo vt dicit Chriſ.⁊
hoc ipſo deo vel forſan angelo bono impediente diabolũ
ne vtatur ſpecie innata ad contuendũ ipſum angelum.
℄ Qḋ vͦo dicit Chriſ.ꝙ de deſponſata ⁊ domi habita na
tus eſt chriſtus:vt partus virgineus diabolo celaretur:nõ
ſic habet intelligi ꝙ clauſio in domo faceret partuʒ virgi-
nis occultari a diabolo:ſed ꝙ eius cuſtodia ac deſponſa-
tio faciebãt diabolum nõ attendere beataʒ virginẽ aliun
de cõcepiſſe q̃ɜ a ſponſo ꝓprio.⁊ ſic partus virgineus cela
Ad 5^m retur eidem.℄ Et per hoc patet reſponſio ad quintũ ar-
gumentum.ſic eniʒ fallebat diabolus in partu virginis.
vt dicit Ambro^s qui cum deſponſataʒ viro cerneret par-
tum nõ potuit habere ſuſpectum:attendendo ſcilicet ipſam
aliunde concepiſſe q̃ɜ de ꝓprio ſponſo.Eodem modo poſ
ſet decipi:cum potentiam viſiuam in ceco illuminato at-
tendendo:ſcilicet ad ipſam nõ vt ꝓductam a deo miracu
loſe:ſed vt ꝓductã ab eo per principia nature.⁊ hoc vtiqꝫ
exiſtimando falleretur.

Articulus Decimuſnonus de hoc qḋ
dicit Thomas.ꝙ intelle-
ctus nõ põt ducere ad eſſe intelligibile iſtas
formas materiales:niſi prius duceret eas ad
eſſe formaꝝ imaginatarum. ℄ Item.q.lv.
arti.2°.in reſponſione ſcḋi argumenti dicit.ꝙ quãtũcũqꝫ
ſit potens intellectus angelicus nõ poteſt formas mate-
riales ꝓducere ad eſſe intelligibile:niſi prius reduceret
eas ad eſſe formarum imaginatarũ:qḋ eſt impoſſibile:cũ
careat imaginatione.⁊ ſic vult ꝙ forme materiales non
poſſunt reduci ad eſſe intelligibile:niſi prius reducantur
ad eſſe formarum imaginatarum. Hec dicit Thomas.

Corruptorium. ℄ Hoc videtur falſum ⁊ cõ 1
tra experientiã ⁊ ꝯtra pħiã.
dicit enim Com^tor ſuper 3° de aĩa.ſuper illam particulaʒ. Cõ.33.
Quoniã auteʒ priuatio paſſionis. Inſtincte imaginatiua.
cogitatiua ⁊ memoratiua nõ ſunt niſi loco virtutis ſenſi-
tiue.⁊ ideo non indigetur eis niſi in abſentia ſenſibilis.⁊
omnes iuuant ſe ad preſentandam imagineʒ rei ſenſibi-
lis.vt aſpiciat eaʒ virtus rationalis abſtracta ⁊ abſtrahat
intentionem vniuerſalẽ.℄ Item in eodem ſuper illam 2
litteram de queſitiuo ⁊ fugitiuo dicit. Intentio cognitio-
nis nihil aliud q̃ɜ vt hec.ſ.virtus cogitatiua faciat reʒ ab-
ſentẽ a ſenſu quaſi rem ſenſatam.⁊ paruʒ infra.⁊ ideo cuʒ
comprehenſibilia per ſenſuʒ ſunt preſentia apud ſenſuʒ.
tunc ceſſat cogitatio ⁊ remanebit intellectus in eis.Ex pre-
dictis verbis Cõmẽtatoris(quorum veritatem quilibet
poteſt experiri in ſeipſo)patet ꝙ non eſt neceſſe formas 1
materiales reduci ad eſſe formaꝝ imaginataꝝ ad hoc ꝙ
fiant intelligibiles. Hec ſunt verba eorum.

Reſpõſio ad hec ſcḋm Thomã.

℄ In iſta inſtantia duo ſunt admiranda Unuʒ ꝙ dicunt Ad 6^m
ſe experiri qḋ nunq̃ɜ homo eſt expertus.Aliud ꝙ dicunt
Cõmentatorem ſentire qḋ nunq̃ɜ ſenſit nec aliquis pħs.
Ait enim in 3° de aĩa ſuper illam litteram.⁊ in aĩa ſenſibi Cõ.30.
li.parum ante illud.qḋ pro ſe adducunt in articulo ſcḋo
neceſſe fuit vt intellectus imaterialis nõ intelligat aliqḋ
ſenſibile abſqꝫ imaginatione.⁊ hoc dixit expreſſe.ꝙ vni-
uerſalia abſtracta colligata ſunt cum imaginationibus.⁊
corrupta per corruptioneʒ eoꝝ. Hec Cõmentator. Patet
ergo ſm ipſuʒ in hoc loco.⁊ vbicunqꝫ loquitur de hac ma
teria.ꝙ forme vniuerſales nõ abſtrahunt̃ niſi a phanta-
ſmatibus que ſunt in virtute imaginatiua. Et ideo dicit
pħs ibidem.ꝙ nihil intelligit anima noſtra ſine imagina T.cõ.30.
tiõe.vbi noſtra littera habet:ſine phantaſmate nequaq̃ɜ
intelligit aĩa.qḋ eſt idem.Que ergo obiciunt de Cõmen-
tatore ex falſo intellectu procedunt.⁊ contra eos ſunt po-
tius ſi intelligant̃.℄ Qḋ enim dicunt primo.ꝙ ille tres
interiores virtutes ſunt loco ſenſitiue virtutis.⁊ ideo non
indigent eis niſi in abſentia ſenſibilis:ſic habet intelligi.
ꝙ aĩa in preſentia ſenſibilis ſufficienter percipit per virtu
tem ſenſitiuam ipſum ſenſibile.⁊ in abſentia eiuſdẽ vtit̃
neceſſario illis tribus virtutibus.qñ enim coloratum eſt
preſens:nõ oportet ad hoc ꝙ videatur ſenſu exteriori.ꝙ
anima ſe ꝯuertat ad phantaſmata repoſita in memoria.
verũtñ ad hoc ꝙ intelligatur neceſſe eſt ꝙ ſpecies intelli
gibilis abſtrahatur a fantaſmate qḋ eſt in ipſa imagina-
tiua.Et hoc manifeſtum eſt per verba Cõmentatoris cõ
ſequenter:que ipſi adducunt.⁊ omnes ille virtutes.ſ.ima
ginatiua.cogitatiua ⁊ memoratiua iuuant ſe ad preſentã-
dum imaginẽ rei ſenſibilis:vt aſpiciat eã virtus rõnalis.
⁊ abſtrahat intentionem vniuerſalẽ.Ecce q̃ɜ aperte vult
ꝙ virtus rationalis abſtrahat intentionem vniuerſalem
ab imagine

ab imagine repreſentata per virtutē imaginatiuā coope rantibus aliqs duabus. ꝛ ſic patet ꝙ illud qđ adducūt eſt
Ad 2m cōtra eos. ℂ Ad 2m dicēdū ꝙ ēt nihil facit pro eis. quod
L.3º.33. enim dicit Cōmētator. ꝙ cū cōprehēſibilia per ſenſuꝫ p̄ ſentia ſunt apud ſenſuꝫ: tūc cadit cogitatio ꝛ remanebit actio intellectus in eis. non ſic habet intelligi. qꝛ ſemꝑ a phātaſmate exiſtēte in virtute .ſ. imaginatiua: fiat abſtractio ſpēi intelligibilis. ſed ꝙ res p̄ſens cognoſcit̄ ab intellectu etiā eſſe preſens in ſe. Qñ vero abſens eſt: cognoſcitur eſſe preſens in ſua imagine in virtute imaginatiue exiſtēte. Et ꝙ hec ſit mens Cōmentatoris ꝛ etiā philoſophi ſatis patet cuilibet intuenti ꝛ intelligenti.

ARticulus vigeſim⁹. De hoc ꝙ Thomas dicit ꝙ angelus ſuperior intelligat per ſpēs pauciores. ℂ Itē. q. lv. arti. iij. in reſpōſione p̄ncipali dicit. ꝙ quāto angelus eſt ſupior: tāto per ſpēs pauciores vniuerſitatē rerū intelligibiliū capere pōt. ꝛ ideo opꝫ ꝙ huiuſmodi forme ſint vniuerſaliores q̄ſi ad plura ſe extēdentes. Et infra in ſolutiōe tertij argumēti dicit. ꝙ in rōne vniuerſali que eſt in mēte angeli propter eius excellētiā: multa p̄nt cognoſci ſiue aſpici ꝑpria cognitiōe. ℂ Itē in. q. lvij. arti. 2º in reſpōſione tertij argumēti dicit. ꝙ angeli cognoſcūt ſingularia per formas vniuerſales: que tñ ſunt ſilitudines rerū. ꝛ quātum ad principia vniuerſalia: ꝛ quantum ad principia indiuiduantia. Simile dicit. q. lxxxix. arti. p̄ in reſpōſiōe principali. Hec dicit Thomas.

Correptorium. ℂ Hec poſitio videtur falſa.
1 Dicit eniꝫ Aug⁹ de. lxxxiij. q. q. xlvi. Oia rōne ꝯdita ſunt. nec eadē rōne hō qua equus. Hoc eni abſurdū eſt exiſtimare. ſingula ergo ꝓprijs ſunt cauſata rōnibus. ℂ Itē Aug⁹ in epiſtola. xlviij. ad Nebridiū: que ſic īcipit. Recētiſſimis litteris tuis. ita dicit allo quēs Nebridiū: querēs. verū iſta ſūma veritas ꝛ ſūma illa ſapiētia per quā facta ſunt oīa: quā filiū dei ſacra ꝯfitetur doctrina: generaliter hoīs an ēt vniuſcuiuſqꝫ noſtrūꝫ rationē ꝯtineat. Et r̄ndet. Sed mihi videt̄ quantū ad faciendū hoiem attinet: hoīs qđē tñ: nō meā vel tuā ibi eſſe rōnē. Quātū vero ad ordinē tēporis: varias hominuꝫ rōnes in illa viuere ſancta trinitate. Hec Aug⁹. Ex auctoritate. lxxxiij. q. patet. ꝙ deus nō rōne generali producit hominē ꝛ equū. ergo per ꝯñs nec cognoſcit̄ eadē rōne hō ꝛ equus ſed oīa ꝓprijs rōnibus. Silr ex auctē ad Nebridiuꝫ. patet ꝙ nō vna rōne ſpēi cognoſcit ꝛ ꝓducit īdiuidua ꝯtēta ſub ſpē. ergo ſi modus cognitiōis angelice non eſt nobilior mō cognitiōis diuie: opꝫ ꝙ angeli nō cognoſcāt per formas paucas ꝛ vniuerſales multa: ſꝫ ſingula per formas ꝓprias. ℂ P̄. ipſemet dicit. q. lxxxix. arti. p̄ in r̄ſiōe
2 tertij arg¹. ꝙ itelligētie ſepate cognoſcūt per ſpēs ex īfluētia diuini luminis ꝑticipatas. ergo cū in lumine diuino alia ſit rō generalia ſpērū: alia īdiuiduoꝝ: vt p̄oſtēſuꝫ eſt per Aug^m. neceſſe eſt ꝙ alie ꝛ alie ſint in itellectu angeli
3 co. qꝛ tñ eſt maior vnitas eēntie in effectu q̄ꝫ in cā. ℂ P̄. ſi quāto angelus ſupior eſt tāto per pauciores ſpēs vniuerſitatē itelligibiliū itelligere pōt: cū nouē ſint ordines angeloꝝ. ꝛ in vnoq̄qꝫ p̄mi. medij ꝛ infimi ſiue vltimi: vt dicit Diony. de ange. hierar. ca. x. multo plures ſunt gradus angeloꝝ q̄ꝫ formaꝝ in p̄dicamēto ſubē: deſcendēdo a genere generaliſſimo vſqꝫ ad ſpēm ſpāliſſimā ꝛ īdiuidua. ſequeret̄ ꝙ aliqs ſupioꝝ cognoſceret ꝑ formam generis generaliſſimi oīa ꝯtēta in p̄dicamēto ſube. Et ſupior illo ſi eſt: vel ſi nō eſt ꝯſtat ꝙ pōt a deo produci: itelligeret oīa nō per formā aliquā qđ eſt īpoſſibile. vel ſi per vnaꝫ tunc nō eſt vniuerſalr verū ꝙ angelus ſupior ſemꝑ cognoſcit
4 per vniuerſaliores formas ꝛ pauciores. ℂ P̄. forma non eſt principiū cognoſcendi niſi id cui aſſimilat̄ ꝛ qđ ſibi aſſimilatur: ſicut videm⁹ in cognitiōe ſenſitiua. imaginatiua ꝛ itellectiua. Oīa ergo que cognoſcunt̄ per vnā formā ſimplicē: aſſimilātur illi forme ſimplici. Sꝫ quecūqꝫ aſſimilant̄ vni ꝛ eidē forme ſimplici aſſimilant̄ īter ſe: ſicut p̄ phic. quecūqꝫ vni ꝛ eidē ſunt eadē vel equalia: inter ſe ſunt eadem vel equalia. ergo oīa quecūqꝫ cognoſcūtur per vnā formā vniuerſalem: inter ſe ſunt ſimilia. hoc autē falſuꝫ eſt. ergo ꝛ primum. Hec ſunt verba eorum.

Reſpōſio ad hec ſcđm Thomā.

ℂ Ad hoꝝ diſſolutionē dicēdū. ꝙ forma oīno ꝓpria que deus eſt: ꝓpter ſue ꝑfectiōis plenitudinē: eſt illud quo cognoſcunt̄ oīa ab eodē ſicut ſunt. ꝛ ab iſta vna forma que eſt rō itelligēdi omnia: participant angeli formas ſiue ſpecies per quas itelligūt. ita ꝙ iſte forme ſiue ſpecies ſunt quaſi q̄dā illi⁹ vnius forme ꝑticipationes. Et qꝛ iſta ꝑticipatio plenior īuenit̄ in ſupiorib⁹ angelis. Hīc eſt ꝙ ſpēs in eis magis accedūt ad vnitatē. ꝛ ſunt per ꝯñs pauciores in rep̄ſentādo ꝛ magis vniuerſales: vtpote illi vni forme oīa vniuerſalr repreſentāti ſimiliores. ℂ Ad illud qđ adducūt de Aug̃ dicēdū: ꝙ q̄uis multe ſint idee ac diuerſorum diuerſe: nō tñ multa ſunt: ſed oīno vnū eſt quo deus oīa nouit ꝛ oīa ꝓducit. Eſſentia eniꝫ diuina que ſūme eſt vna rep̄ſentat ſemetipſaꝫ ꝑfectiſſime deo cū oī habitudine quā hꝫ ad ſingulos gradus q̄bus eſt imitabilis a creatura. Et ide eſt ꝙ de⁹ vno itelligit multa. imo oīa tā ideas q̄ꝫ ideata. Idea eni nō eſt illud quo deus itelligit ideatū: ſed eſt illud quod intelligendo ideatum intelligit. qꝛ relatio ſiue reſpectus ad ideatum quod eſt formale in ratione idee: nihil facit ad actum intellectionis in deo: cū non ſit in ipſo niſi ſolū ſm dici: ſed a deo intelligente intelligitur. Eſſentia igitur diuina intellecta cum tali reſpectu imitabilitatis a creatura dicitur idea eiuſdem: et ſm quod ſunt diuerſi gradus imitabilitatis: ſm hoc eſt diuerſitas in ideis: que oēs ſunt vna eēntia dei realiter: ꝛ per eadem itellecte ꝑfectiſſime. In hoc ergo fuerūt iſti cauillatores decepti. ꝙ pluralitatē q̄ īuenit̄ in deo a pte obiecti itellecti ipſi ponebāt (ꝛ falſo) a pte p̄ncipij itelligēdi. qđ ſi vellent defendere: nulli dubiū q̄n eēnt heretici peſſimi cū ex h̄ ſequat̄ pluralitas eſſentie in diuinis: qđ nephas eſt ſuſpicari. Cū eni de⁹ eſſentia ſua oīa itelligat. ſi plurib⁹ itelligit plures vtiqꝫ habet eēntias. quo nihil abſurdius: nihil auribus fideliū intolerabilius. ℂ Ex hoc .ſ. r̄ndeo ad 2m. Ex hoc ipſo eni ꝙ iſte ſpēs cauſant̄ ex influētia diuini luminis deriuate ab illa forma. vna que eſt rō itelligēdi oīa vt dictū eſt: tāto ſunt pauciores ꝛ in rep̄ſītādo vniuſaliores: quāto illi vnitati quā participāt ſunt ſimiliores. ℂ Ad 3m dicendū ꝙ cū dicūt. ꝙ multo plures ſunt gradus angeloꝝ q̄ꝫ formarū in p̄dicamēto ſube: nulli dubiū eſt q̄n dicant falſum: quot eni ſunt angeli tot ſunt gradus formaꝝ ſubſtātiarū īmaterialiū ꝛ nō materialiter: cū materia careāt differētiū: vt dictū eſt. ꝛ preter has (vt patet inſpicienti) ſunt forme ſubales materiales ſpē differētes: que quideꝫ ſunt innumerabiles vt lapidū. herbarum. auiū. ꝛ alioꝝ huiuſmodi. Sed forſitā iſti putabāt ꝙ oēs gradus formarū ſubſtātialiū notificent̄ in arbore porphyriana (ad verecūdiā eoꝝ loquor) nulla igit̄ forma vna creata. ꝛ per cōſequēs limitata nata eſt oīa ſimpliciter repreſentare. ſed hoc competit forme prime que illimitata eſt ꝛ infinita.
ℂ Ad 4m cuꝫ dicunt. q̄cunqꝫ vni ꝛ eidē aſſimilātur inter ſe aſſimilātur. Dicēdū ꝙ hoc nō eſt veꝝ vbi aliqua alicui aſſimulātur per quādā participationē ꝑfectionis ſm plus ꝛ minus: ſic eni oēs creature eſſent īter ſe ſiles: cū ſingule in ſuis gradibus ꝑfectionē primā que eſt cauſa oīum par

Ad 1m

Nota idea nō ēid q̄ deus itelligit.

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

ticipent. Aliter vͦo eſt vbi aliq̃ ſunt alicui vni ⁊ eidē equa-
lis vbi non eſt perfectionis ꝑticipatio ſed adequatio ma-
gis. Species vͦo in mēte angelica (prout dicit Thomas)
nō eſt adequata vni intelligibili ſed pluriū repreſentati-
ua. vñ nō opꝫ ea que in diuerſis gradibus ꝑticipāt perfe-
ctionē in qua aſſimilanť forme huic inter ſe ſint ſilia.

Articulus vigeſimuſꝑam⁹. de hoc qđ Tho. dicit pte. i. q. lxij. arti. vi. in riſione qōnis ⁊ argumentoꝝ. ⁊. q. cviij. ar. iiij. in riſiōe ꝑn. ⁊ eadē. q. ar. viij. in riſi. pri-
mi ar. ꝙ angelis data eſt gr̃a ⁊ gl̃ia ſm gradū
ſuoꝝ nãliū. ita ꝙ hi q habuerūt nãlia meliora ēt plus ha
buerūt de gr̃a ⁊ gloria. qđ ꝓbat ꝑmo per magiſtrū. ij. ſen.
diſt. iij. qui dicit. Qui nã magis ſubtiles ſunt creati: hi etiã
maioribus munerib⁹ gr̃e ꝑditi ſunt. ¶ Scđo. qꝛ ſicͭ nã an
gelica facta eſt a deo ad gr̃am ⁊ gl̃iã ꝯſequendã: ita ⁊ gra-
dus nature angelice ad diuerſos gradus gr̃e ⁊ glorie ordi
nari videnť. ergo q̃s altiores fecit: ad maiorē gr̃am ⁊ glo-
riam ordinauit. ¶ 3⁹ hoc patet ex h̃ ꝙ angelus nō eſt cō-
poſitus ex diuerſis naturis: vt iclinatio vnius nãe ipediat
ipetuꝫ alteri⁹ vel retardet: ſicͭ accidit in hoīe: in quo actio
itellectiue ꝑtis ipediť ⁊ retardať ex inclinatione ꝑtis ſen
ſitiue. qñ aūt nō eſt retardãs nec ipediēs: tūc natura mo-
uetur ſm ſuã totã virtutem. ⁊ ideo rōnabile eſt ꝙ angeli
qui habuerūt meliora naturalia fortius ⁊ efficacius ꝯuer
ſi ſunt ad deū. Et h̃ in hoībus ꝯtingit ꝙ ſm intēſionē cō-
uerſionis in deū dať maior gr̃a ⁊ gl̃ia. vñ videť ꝙ angeli
qui habuerūt meliora naturalia habuerunt plus de gra-
tia ⁊ gloria. Hec ſunt verba Thome.

1 Corruptorium. ¶ Inter articulos olim con-
demnatos a dño venerabilis
memorie Pariſieñ epõ iſte fuit non. ꝙ angeli qui habue
rūt meliora nãlia de neceſſitate habuerūt maiorē gratiã
⁊ gloriã. Articulus aūt quē pre manib⁹ habemus parum
aut nihil differt a ꝑdicto. ⁊ iō predicta ꝯdēnatio ſufficere
debet ad reprobationē iſti⁹ ar. ⁊ riſiones ad arg^ta. Verū-
tñ dicimus ex abūdãti. ꝙ videť dictū in ꝑiudiciū gratie.
qꝛ ſi ſm meliora nãlia dať maior gratia vel minor ſꝫ mi
nora. ergo ſimpľr dať gr̃a ſm nãlia. qꝛ ſi magis ſequitur
magis. ⁊ ſimpľr ſeq̃tur ſimpľr. ⁊ ſi gr̃a datur ſm nãlia: nō
eſt gr̃a. Ro. xi. ¶ P̃. ſi hi q meliora habuerūt naturalia
2 plus hñt de gratia ⁊ gl̃ia: tūc Lucifer qui meliora nãlia
habuit: pre alijs plus habuiſſet de gr̃a ⁊ gloria. qđ eſt fal-
ſum ⁊ erroneū. ¶ P̃. gr̃a ⁊ gl̃ia daní ſm motū liberi ar-
3 bitrij: qui imediatius diſponit ad gr̃am ⁊ ad gl̃iã. in habē
te aūt liberū arbitriū motus diſponēs ad gr̃am ⁊ gloriaꝫ
nō fit ſm nãlia. ſed ſm libertatē. ergo vel nō habuerunt
angeli liberū arbitriū: vel receperūt gr̃am ⁊ gloriã ſm il-
lius conatū. nō ergo ſm gradū naturaliū. ¶ Ad rationes
Thome reſpōdent. ¶ Ad ꝑmã ergo dicēdū. ꝙ magiſter
nō dicit. ꝙ ſm nãlia data ſit eis gratia ⁊ gl̃ia. ꝙ que natu
ra ⁊ ſapiētia magis ſubtiles ⁊ amplius ꝑſpicaces fuerunt
maiori gr̃a preditı ſunt. Sunt inq̃ ꝑditi non ꝓpter nãlia
meliora: ſꝫ ꝓpter diuinū bñplacitū ⁊ liberi arbitrij motū.
¶ Ad 2m de gradus diſtōne dicēdū. ꝙ ſi ſtarēt ⁊ conarē-
tur ꝓportionabiliter ad gradus correſpondentes gr̃e ⁊ glorie
ꝑuenirēt. ¶ Ad 3m dicēdū. ꝙ lꝫ angelus nō habeat ipedi
mētū a pte nãe ſue. pōt tñ habere a pte libertatis ſue: que
pōt ſe minus mouere in deū: imo ēt nō mouere: ſed in ꝯ-
triū: vt patet in Lucifero ⁊ in ſeq̃cib⁹ ei⁹. ¶ Qđ ēt addiť
vbi nō eſt ipeditus tūc nã moueť ſm totã virtutē. veruꝫ
eſt in natura nō libera: ſed in natura libera falſuꝫ eſt: ſal-
tem in via q̃lis fuerūt angeli anteq̃ gloriã habuerūt. Et
qđ addit. ꝙ habētes meliora naturalia rōnabile eſt ꝙ ad
deū fortius ꝯuerſi ſunt: verū eſt. ꝙ ita eſſe decuit: non tñ
ita fuit: ſicut patet de Lucifero ⁊ alijs cadentibus. ¶ Ad
4m cum dicit. ꝙ in hoībus ita cōtingit dicēdū ꝙ eſt vt ſic
eſt vt nō. Naꝫ ſi hic homo plus ꝯuertit ſe in deū plus ac-
cipit de gratia. nō qꝛ ꝯuerſio ſit huius cauſa ſed deus. nō
tñ ſemper hō qui habet meliora naturalia plus ſe cōuer-
tit in deū: imo ex illis q̃nq̃ plus ſuperbit. ⁊ magis ſe auer
tit a deo: vt patet in Lucifero. Hec ſunt verba eorū.

Reſpōſio ad hec ſcđm Thomã.

¶ Oēs iſte cauillationes ꝓcedūt: ac ſi Tho. poſuiſſet. ꝙ
meliora naturalia eſſent cã principalis. quare neceſſario
maior gr̃a vel maior gloria dareť eidē: hoc tñ non ponit.
vñ cū ipꝛobēt ſuã ꝓpriã ꝑhãtaſiã falſaꝫ: nō eſſet reſpō-
dendū eis. Ex abūdãti tñ ne aliquid videãtur dimiſiſſe per
ſingula dicta ſua refellãtur. ¶ Ad ꝑm ergo cū dicūt ꝙ pa- Ad ꝑm
ruꝫ aut nihil differt dicere. ꝙ angeli qui meliora natura-
lia habuerūt: plus gratie ⁊ glorie receperūt. ⁊ dicere ꝙ an
geli qui habuerūt meliora naturalia neceſſario vel de ne
ceſſitate maiorē gratiã receperunt ⁊ gloriã: nulli puto du-
bium quin dicat falſum. Sic enim nō differret dicere ho
mo ſedet ⁊ homo de neceſſitate ſedet. ⁊ homo ſm ꝙ plus
habet de arte ſcribēdi melius ſcribit: ⁊ ſm ꝙ plus hēt de
arte illa de neceſſitate melius ſcribit cum tamē ſit cōtin-
gens ꝙ ſcribat. ⁊ per cōſequens ꝙ bene ſcribat. ⁊ tamē po
ſito ꝙ vtereť arte illa ſm totam virtutē. manifeſtum eſt
ꝙ quãto plus haberet de arte ſi nullū eſſet impediēs: tan
to meliorem litterã ſcriberet. Sic angeli qui bene vtebã
tur ſuis naturalibus ſm ſuã totaꝫ virtutē nullo impediē-
te: plus meruerūt. ⁊ per cōſequens maiorē gratiam ⁊ glo-
riam habuerūt qui melioribus donis preditı ſunt. ¶ Ad
illud vͦo quod obijciunt. Si magis ſeq̃tur ad magis. ergo
ſimpliciter ſeq̃tur ad ſimpliciter. Dici pōt ꝙ ſm philoſo
phum regula ſeq̃tur ecōuerſo. Si ſimpliciter ad ſimplici
ter. ergo magis ſeq̃tur ad magis. nec tenet niſi in per ſe ve
ris. verūtamen concedi debet ꝙ ſm naturalia datur gra-
tia: non quidē eorū merito. hoc enim eſſet cōtra Apoſto-
lum Ro. xi. Nec ita ꝙ ipſi ſint ꝑma cauſa neceſſaria ma
ioris gratie ⁊ glorie: ſed ſunt diſpoſitio congrua: imo certe
neceſſaria ad vtrūq̃ꝫ. nō enim poſſet gratia vel gloria cō-
municari niſi nature itelligibili. ¶ Ad 2m patet ex dictis Ad 2m
non enim ſic ſm meliora naturalia dicimus cōicari me-
liora dona ꝙ ipſa ſint cauſa neceſſaria huius cōicatiōis.
ſed pro tanto ꝙ hi qui vtebãtur ſm totã virtutem ſuam
donis nature in ꝯuerſione ſui gratia cooperãte ab eo qui
diſponit oīa ſuauiter plus gratie ⁊ glorie receperūt. Luci
fer vͦo non vtebatur donis collatis: ſed abutebať auertē-
do ſe a deo. ſed ideo nō accepit: ſꝫ ꝑdidit illa dona melio-
ra ſibi ſi ſtetiſſet cōferenda. ¶ Ad 3m dicēduꝫ. ꝙ illi qui Ad 3m
habuerūt meliora naturalia nobiliorē motum liberi ar-
bitrij in deū habere poterant. vnde boni qui actū ſm to-
tam virtutē ſuam exercuerūt: maiorē gratiam ⁊ gloriam
acceperunt. ¶ Qđ ergo dicūt ad primū argumētū Tho-
me ꝙ dei bñplacitū fuerit cauſa. ⁊ ꝙ mot⁹ liberi arbitrij
diſpoſitio vtiq̃ꝫ congrua fuit quare dabãtur illi dona: cō-
cedi debet. qꝛ tamē ſm gradū naturaliuꝫ (vt dictuꝫ eſt)
erat gradus illorū motuū. ideo cōueniens erat vt ſm ean
dem proportioneꝫ eſſet gradus donoꝝ. Unde quod ipſi
dicunt in reſpōſione ad ſcđm argumētum. ſ. ꝙ qui ſtete-
runt non conabãtur ſm nature ſue proportioneꝫ: falſum
eſt ⁊ nō concedēduꝫ. ¶ Quod vͦo dicunt ad tertiuꝫ argu
mentum. ꝙ a parte libertatis arbitrij poteſt eſſe ꝙ ange-
lus non moueatur in deum: ſed auertat ſe ab eo: verū di-
cunt. ſed ꝙ volunt ꝙ minus moueať in deū ille qui mo-
uetur ⁊ cōuertitur: cuꝫ nullus ſit impedimētū: irrationa-
biliter ⁊ falſum dicunt. Sicut enim demones toto cona-
tu ꝯuertebanť

tu cõuertebantur ad amorẽ ſui in ſua auerſione a deo:ſic
boni angeli toto conatu cõuertebantur ad amorez dei in
ſua conuerſione ad deũ.q2 ſicut angelus non intelligit ſe
per diſcurſuz ad modũ noſtri.i.ſucceſſiue vnum poſt ali/
ud.ſed totũ ſimul vno actu ſimplici apprehẽdit:ita ad ſe
apprehenſum fertur totaliter ⁊ toto affectu vel ſeipſuz in
deũ referendo ſicut bonus:vel in ſe finaliter ſiſtẽdo ſicut
malus.¶ Quod vo dicunt ad quartũ argumentũ.ꝙ ho/
mo qui habet meliora naturalia aliqñ ſuperbit:verũ eſt.
⁊ hoc cõtingit angelo.habentes tamẽ meliora naturalia
⁊ eis recte vtendo ſm totam ſuam virtutẽ gratiam ⁊ glo
riam recipiunt ampliorem.

Articulus vigeſimuſſecundus eſt de
hoc qd Thomas dicit per
i.q.lxij.ar.ix.in reſſione vltimi argu^ti.ꝙ ange
li beati non merẽtur premiũ accidentale.

Corruptorium. ¶ Hec poſitio videtur faue
re ſexto errori Pariſius con/
demnato:qui eſt in ſubſtãtijs ſeparatis non eſt poſſibilis
trãſmutatio. Itẽ errori.xi.qui eſt.ꝙ angelus nihil intelli/
git de nouo. Itẽ errori.xiij.q eſt.ꝙ angeli beati habẽt bo/
nuz qd eis poſſibile eſt cuz producũtur.nec deſiderãt bo/
1 nuz quo carẽt. Videt̃ etiã in preiudiciũ officij angelici ⁊
gratie.Cũ enim ſm Gregoriũ.ij.moraliũ:duplex ſit act⁹
in angelis miſſis ad miniſteriũ noſtruz:ſcilꝫ actus cõtem
plandi quo a deo nunꝙ̃ recedũt.⁊ actus miniſtrãdi quo
exterius ad nos ꝓpter noſtrã ſalutẽ exeunt.⁊ actus mini/
ſtrandi nõ eſt actus nature aut glorie:oportet ꝙ ſit actus
officij vel gratie.Talis autẽ actus in eo qui habet officiũ
viatoris eſt neceſſario meritorius:non premij eſſentialis
vt patebit.ergo premij accidentalis. alioquin fieret pre/
iudiciumi gratie dei in angelo ⁊ officio eius . Unde Hu/
go ſuper illud angelice hierarchie.c.2°. Unaqueqꝫ hierar
chiaruz proficit ſuis diuinis laudationibus:dicit ſic Pro
ficit inꝗ̃.q2 omnis dignitas ⁊ poteſtas ſm officij ⁊ mini/
ſterij gratiaz qua dei laudem ⁊ honorem predicare ⁊ am/
plificare poteſt:in fructũ retributionis exercet. Et ibidẽ
loquens de angelis eiſdẽ dicit.Ergo ſm gratiam ſunt do
na.ſm dona ſunt merita.ſm diuerſitatez meritorum cõ/
2 ſtat diuerſitas premioꝝ. ¶ P.Cum angelus malus qui
datur nobis in exercitiũ peccet.quare angelus bonus qui
datur nobis ad ſuadẽdũ bonũ ſalutiferuz:non merebi/
tur premium accidẽtale. ¶ P.in legẽda ſancti Joannis
euãgeliſte ſm vſum Romane eccleſie:habetur ſic.Uidi
angelos noſtros flẽtes.angelos vo ſathane in noſtra deie
ctione gaudentes.Eo igitur modo quo illi boni angeli cu
ſtodes eoꝝ flebãt de eoruz apoſtaſia.ecõtra cõgaudebãt
de eorũ penitentia.ſm illud Luce 3°.Gaudiũ eſt angelis
dei ſuper vno peccatore penitẽtiã agente. ¶ Si dicas ꝙ
de penitentia peccatoris gaudeãt omnes etiaz aſſiſtentes
patet ꝙ hoc gaudiũ eſt accidẽtale.⁊ vt de bono ſꝫ ſe : ſed
angeli cuſtodes flebãt.⁊ miniſtrantes ſpecialius gaudent
vt de bono per eos in eis procurato.quod nõ põt de ange
lis aſſiſtẽtib⁹ dici nõ miſſis.Unde dicit. Uidi angelos no
ſtros flẽtes:nõ angelos abſolute. ¶ Si autẽ aliquis obij/
ciat ſic.Si angeli merẽtur miniſtrãdo nobis:cũ per eorũ
miniſteriũ nõ diminuãtur fruitio:vt dicit Gregorius.ij.
moraliũ.melioris cõditionis ⁊ nobilioris videntur eſſe ꝙ̃
aſſiſtentes.⁊ nobilitat̃ (vt videt̃) eoꝝ cõditio per mini/
ſterium. ¶ Et ſi in miniſtrãdo merentur gaudiũ accidẽ/
tale:iniuſte agitur niſi maius gaudiuz retribuatur eis : ꝙ̃
eis qui non meruerũt.Et ſi plus gaudij retribuatur mini
ſtrãtibus ſeqtur ꝙ melius ſit miniſtrare ꝙ̃ non miniſtra
re.qd videtur incõueniens ſicut ⁊ primũ.ergo ſi merẽtur
in miniſtrando:videt̃ ponẽdũ ꝙ merẽtur premiũ eſſen/
tiale:nõ accidẽtale:prout magiſter dicit 2° lib° ſentẽtiarũ.
diſt.9.c.vi. ¶ Ad primũ poteſt dici.ꝙ miniſtrantes non
ſunt melioris cõditionis ꝙ̃ aſſiſtẽtes:nec nobiliores ſim/
pliciter:ſꝫ ſm qd.i.ſm ꝙ angelus gaudebit de hoc homi
ne vt ab ipſo hñi cuſtodito ⁊ edocto:pſoqꝫ ſaluato per mi
niſteriũ eius oẽs alij gaudebunt de illo vt ſaluato ſolum.
nõ tamẽ niſi per eius miniſteriũ in miſſione foras exhi/
bitũ.loco tñ huius particularis ⁊ accñtalis gaudij habẽt
aſſiſtẽtes multo maiora vt clariorẽ cognitionẽ taꝫ verbi
ꝙ̃ huius ſic ſaluati.⁊ feruẽtiorẽ amorẽ.⁊ huiuſmodi.pro/
pter que ſunt adhuc melioris ꝯditionis ꝙ̃ miniſtrantes.
¶ Ad ſecundum dicendum.ꝙ non iniuſte agitur cum
aſſiſtentibus ⁊ non miniſtrantibus:ſi miniſtrantes plus
gaudij habeãt ꝙ̃ aſſiſtẽtes non miniſtrãtes:niſi eoꝝ ocu
lus nequã eſſet.q2 deus bonus eſt Mat.20°. ¶ P.ſi quã
tum meruerũt miniſtrãtes datur etiã ſine merito aſſiſtẽ
tibus gr̃a deputatur.⁊ ſi tãtũ vel plus gaudij accidẽtalis
habẽt aſſiſtentes nulla ſit iniuria miniſtrãtibus.q2 tollũt
qd ſuũ eſt Mat.20°.Nec minus hñt ꝓpter hoc ꝙ nõ mi
niſtrãtes plus habẽt.q2 nõ ſunt inuidi:ſed de bono alteri/
us quilibet gaudet:⁊ ideo nõ ſequit̃ ꝙ ſimpliciter meli⁹
ſit miniſtrari ꝙ̃ aſſiſtere.Sed ꝙ melius ſit miniſtrare quo
ad quid.Et oñt in miniſtrãdo nobis nõ mereãtur ꝑmiuꝫ
ſubale.ſic patet.q2 ſi merẽtur:aut habẽdũ aut iã habitũ.
Nõ habẽdũ.q2 tũc nõ haberẽt modo premiũ ſubale:qd aſs eẽn/
falſum eſt.cũ ſint cõprehẽdentes.aut haberẽt imꝑfecte: tiale.
⁊ eius augmẽtũ vel ꝑfectionẽ expectarẽt per miniſteriũ. aſs eẽn/
qd ẽt videt̃ falſum eſſe.tum q2 eorũ appetitus non eſſet tiale.
quietatus.⁊ per ꝯſequẽs nec ꝑfecte beati eſſent.cũ beati/
tudo ſit ſtatus oiuz bonoꝝ aggregatione ꝑfectus. Tũ q2
tũc eſſent ſm vtrãqꝫ vitã.actiuã.ſ.⁊ ꝯtẽplatiuã viatores.
quod nullus diceret.Si aũt dicatur ꝙ miniſtrãdo nobis
mereãtur premiũ eſſentiale iã habitũ:hoc eſt a ſua ꝯuer/
ſione ſuſceptũ:hoc eſt ꝯtra Aug^m de correctione ⁊ gr̃a qui
dicit.Angeli ſancti qui alijs cadẽtibus ſteterũt:illius vite
mercedẽ accipe meruerũt.Et eodẽ li.c.iiij.Si diabolus ⁊
angeli ei⁹ per liberꝫ arbitriũ in veritate ſtetiſſent donec il/
lam ſũme beatitudinis plenitudinẽ:vſ premiũ huiuſmo
di ꝑmãſionis acciperẽt.Et ergo ſtãdo:nõ miniſtrãdo pre
miũ eſſentiale mercedẽ vite appellat. Huic etiã ſtationi
vel ꝑmanẽtie attribuit beatus Grego⁹ premiuz eſſentiale
quto moraliũ.c.lxij.Dñs deus ſũmoꝝ ſpũuz naturã bo/
nam:ſed mutabilẽ ꝯdidit:vt qui ꝑmanere nollẽt ruerẽt:
⁊ qui in ꝯuerſione ꝑſiſterẽt tãto in ea dignius:quãto ⁊ dei
arbitrio ſtarẽt.⁊ eo apud dñꝫ ⁊ maioris meriti fierẽt quo
mutabilitatis motus volũtatis ſtatione viciſſent. ¶ P.
ſꝫ Gregoriũ.ix.moraliũ.c.22°.Sicut gratia precedit me/
ritũ ita meritũ precedit premiũ.⁊ hoc vel natura ⁊ tẽpo/
re.vel natura tñ.ergo nõ merẽtur iaꝫ habitũ.tũc enĩ me/
ritum ſequeret̃ premiũ. ¶ P.deus eſt motor oĩs meren/
tis premiũ eſſentiale ad aſſequẽdum illud. Propriuz eſt
aũt oĩs motoris ꝙ ceſſet mouere ſuũ mobile adepto intẽ
to ſuo.Cũ ergo beatus angelus iaꝫ ſit aſſecutus premiuꝫ
eſſentiale vt finẽ vltimuꝫ:iam deus nõ mouet illũ vt per
miniſteriũ aſſequatur illud.nec a ſeipſo ſine deo mouet̃.
q2 hic finis eſt ſupra poſſe omnis nature create ſine adiu/
torio gratie.merentur ergo angeli beati nobis miniſtran/
do premium accidentale:non eſſentiale.

Reſpõſio ad hec ſcdm Thomã.

¶ Si verba Tho.rectis oculis intellecta conſpexiſſent:
nunꝙ̃ iſtã poſitionẽ ſuam errori fauere dixiſſent:cum ex
verbis ſuis ẽt in hoc loco oĩum illoꝝ errorũ:quos nomi/
nant oppoſitũ cõcludatur.Ut eniꝫ ibidẽ in illius argu/
menti vltimi reſponſione dicit.ꝙ premiũ accidentale in

angelis augeri poteſt vſqꝫ ad dieꝫ iudicij: non ꝙ illud mereantur cum nō ſint viatores: ſed predictū gaudiū acquirant ex virtute beatitudinis vt ipſe dicit. Ex quo ſequitur neceſſario. ꝙ in ſubſtātijs ſeparatis poſſibilis eſt trāſmutatio talis qualis inuenitur in natura itellectuali. ⁊ hoc eſt oppoſitū cōtradictorie errori illi Pariſius cōdēnato. qui ponit ꝙ in ſubſtātijs nō eſt poſſibilis trāſmutatio. ¶ Itē ex hoc ipſo ꝙ gaudiū illud poteſt augeri: ſequitur ꝙ poſſunt de aliquo gaudere de nouo: vt de noua cōuerſione peccatoris: quod eſſet oīno impoſſibile: niſi poſſent aliud de nouo intelligere: cū actus intellectus neceſſario precedat actum volūtatis. ⁊ hoc eſt oppoſitū cōtradictorie illi errori vndecimo: qui ponit ꝙ angelus nihil intelligit de nouo. Itē ex hoc ipſo etiaꝫ ꝙ gaudiū illud poteſt augeri: vt dicit Thomas manifeſte ſequitur ꝙ angeli nō omne bonum ſibi poſſibile habēt in ſui productione. Et ꝙ deſiderant cōſūmationē gaudij accidentalis quā in die iudicij de omniū electorū ſalute cōſequuntur acquirentes candeꝫ ex virtute ſue beatitudinis. ⁊ hoc eſt oppoſituꝫ cōdictorie illi errori .xij. qui ponit. ꝙ angeli beati habēt bonuꝫ ſibi poſſibile in ſui productione: nec aliud deſiderant quo carent. vnde nō ceſſo mirari qua fronte dicere potuit iſtam doctrinā Thome ꝑdictis erroribus fauere. cū acquirere gaudiū illud ex virtute beatitudinis (prout docet Thomas) antecedat ad ꝯtradictorie oppoſita oīum illorū: vt patet ex dictis. Qꝛ autē nō debebat dici proprie. ꝙ angeli mereātur illud gaudiū: cuꝫ non ſint in ſtatu vie: patet per Aug. in Ench. ⁊ alibi ſatis. Nullus enī angelus ſimul eſt viator ⁊ cōprehenſor: vt ad moduꝫ ipſius viatoris ſimul vt viator mereatur. ⁊ vt cōprehēſor vltimo fine fruatur.

Ad pm ¶ Ad illud ergo qđ obijciunt poſt. ꝙ foret in preiudiciuꝫ gratie ⁊ officij angelici: dicēdū ꝙ non eſt verum. Quāuis enim illud gaudiū mereri proprie nō debēt dici. cuꝫ non ſint viatores: tamē acquirūt illud ex virtute beatitudinis: vt puto apprehēſoris. Et pōt dici ꝙ Hugo accipit ibi meritū large pro eo ad qđ ſequitur augmētū gaudij in beatitudine. ratione eniꝫ huius incremēti dicit Dionyſius. ꝙ vnaqueqꝫ hierarchia ꝑficit in diuinis ſuis laudationib⁹. prout patet per eūdē Hugonē in principio huius auctori-

Ad 2m tatis quā pro ſe allegāt. ¶ Ad 2m dicendū. ꝙ lꝫ diabolus nos tētando peccet: hoc nō eſt ideo qꝛ ad bonuꝫ noſtrum nos excitet: ⁊ ſic nobis (lꝫ inuitus) miniſtret. ſed hoc eſt ad ſuam peruerſam intētionē. nō enim intendit exercere ſed precipitare. Fur enim nō venit niſi vt furetur ⁊ ma-

Ioā. 10. ctet ⁊ prodat. ſicut dicit̄ in Ioanne. Et ꝗuis angelus nos cuſtodiens habeat intētionē bonā ſeu rectā: propter quaꝫ gaudiū accidentale acquirit ex virtute beatitudinis. non tamē dici debet ꝙ illud mereat̄: cum nō ſit in ſtatu me-

Ad 3m rendi ſiue viatoris. ¶ Ad 3m dicēdum. ꝙ placet nobis ſicut ⁊ ipſis. ꝙ oēs angeli de ꝯuerſione peccatoꝝ gaudeāt. qꝛ tamē illud gaudiū non merētur. ſeu ex virtute ſue beatitudinis acquirūt. Hinc eſt ꝙ in illis eſt iſtud maius qui plus habēt de beatitudine vt in ſupioribus aſſiſtentibus: prout iſti fatētur ſoluēdo obiectū ſcdm quod certe neceſſe eſt ponere. qꝛ quicqd habetur cōiter a ſuperiore ⁊ inferiore nobiliori mō eſt in ſupiore ꝙ̄ in iferiore: ſiue ſit gradus nature: ſiue gratie vel glorie. Primuꝫ patet. Natura enim intellectualis que cōiter habetur ab angelis ſupiore ⁊ inferiore: nobiliori modo eſt in ſupiori ꝙ̄ in inferiore. Secūdū ſimiliter patet quo ad gratiā ⁊ gloriaꝫ eſſentialem in eiſdem. qꝛ (prout patuit ſupra) qui meliora habent naturalia plus habēt de gratia ⁊ gloria. Nec pōt dici ꝙ hoc ſolū verum eſt quo ad gloriā eſſentialem nō accidentalē. Aureola enim martyrij: que eſt premiū accidētale. ⁊ cōmuniter habetur ab omnibus martyribus: in illis vtriqꝫ eſt nobiliori modo qui habēt plus de gloria eſſentiali. ¶ De obiectionibus autēꝫ illis quas faciant ſibi ⁊ eorūdem ſolutione apparēti: ſm ipſos pertranſeo. qꝛ nihil eſt ibi de quo eſt curādum. ¶ Qꝛ vō nitūtur ꝓbare ꝙ angeli nobis miniſtrādo non merētur premium ſubſtātiale pro Thoma eſt. Ipſe eniꝫ dicit ꝙ cuꝫ ſint plene beati ⁊ cōprehenſores: nō ſunt iam in ſtatu merēdi ſueꝫ beatitudinem: nec viatores. vnde illi quo ad ſuū propoſitum laborauerūt inuanum. Et quādo concludūt in fine. ſi nō merētur gaudium eſſentiale. ergo merētur gaudiuꝫ accidentale. Planū eſt pueris ꝙ peccant ſm cōſequēs. ex negatiua enim nō infertur affirmatiua. Ipſi enim nec merentur modo vnū gaudiū nec aliud: ſed prout dictum eſt accidētale ex virtute beatitudinis acquirūt: lꝫ illud proprie non dicatur mereri: cum non ſint viatores.

Articulus

vigeſimuſtertius. Iteꝫ. q. lxiij. ar. vi. vbi queritur: an aliqua fuerit mora inter creationē ⁊ lapſuꝫ. In reſpōſione pꝛincipali dicit Thomas ꝙ magis eſt cōſonuꝫ dictis ſanctorū. ꝙ ſtatiꝫ poſt primum inſtās ſue creationis diabolus peccauit. Et dicit ꝙ neceſſe eſt hoc dicere ſi in pmo inſtanti ſue creationis prorupit in actū liberi arbitrij. ⁊ fuerit creatus in gratia vt diximus. cū eniꝫ angeli per actū vnū meritoriū perueniant ad beatitudinē: vt. ſ. dictū eſt: ſi diabolus in primo inſtāti ſue creationis in gratia meruit ſtatim poſt primuꝫ inſtās beatitudineꝫ accepiſſet: niſi ſtati impedimētū preſtitiſſet peccādo. Et idē in reſpōſione. 4. argu. dicit. ꝙ inter quelibet duo inſtātia eſt mediū tēpus: veritatē habet inquātū eſt continuū. Sed in angelo qui nō eſt ſubditus motui celeſti. qui primo menſuratur per tempus continuum. tempus accipitur pro ipſa ſucceſſione operationū intellectus vel affectus.

Corruptorium.

¶ Hec poſitio videt̄ cōtinere duo falſa ad minus: ꝑtermiſſo abſqꝫ calūnia hoc ꝙ dicit. ꝙ angelus cōditus fuit in gratia. ⁊ in pmo inſtanti ſue creationis meruit: qꝛ hoc tenuerūt aliqui antiquitꝰ modo nō teneat̄ a magiſtris. vnuꝫ eſt. ꝙ ſi angeli mali nō peccaſſent: ſtatiꝫ in proximo inſtāti poſt pmū inſtās ſue creationis beatitudinē accepiſſent quā meruerūt in p iſtāti ſue creatiōis. aliud ꝯtinet poſitio ꝑdicta. qđ videt̄ ꝯtraꝫ doctrine ſanctoꝝ ⁊ phorū. ſ. ꝙ duplex ſit tēpus. ſ. vnū cōtinuū. inter cuius quelibet duo inſtātia cadit tēpus mediū. aliud diſcōtinuum. inter cuius

inſtantia nō cadit tēpus mediū. Primū. ſ. ꝙ angeli mali in primo inſtāti ſue creationis percepiſſent beatitudineꝫ quā in primo meruerūt ſi nō peccaſſent in ſcđo. videt̄ falſum. qꝛ bene ponit̄ ꝙ idē eſt tēpus merēdi ⁊ demerendi. ſed nullo modo ponet̄: ꝙ idē eſt tēpus merendi ⁊ demerēdi ⁊ recipiēdi: ſed ſtatim incipiēte tēpore recipiēdi ceſſat tēpus merēdi ⁊ demerēdi. alioquin poſſent gloria ⁊ pena augeri in infinitū. ergo ſi proximū inſtās poſt inſtans ſue creationis fuit inſtās recipiendi beatitudinē: nō potuerūt mereri beatitudinē. nec peccare ⁊ ipedire beatitudinem: vel in beatitudinis debite receptione. ¶ Sꝫ. hoc qđ ponit

predicta poſitio de duplici tēpore videt̄ eſſe ꝯtra ſanctos ⁊ phos. Anſelꝰ enī dicit in liº ſuo de veritate. ꝙ vnū ⁊ idē eſt tēpus oīum eoꝝ que ſimul ſunt in eodē tēpore. Et Auguſtinus liº 5º ſuper Geñ. ad litteram dicit de tēpore. ꝙ vnū ⁊ ideꝫ ſit qđ ſequitur motū corporalē ⁊ ſpiritualē: dicēs. ſi motus eſſet nullus ſpūalis vel corporalis nature nullū eſſet tempus. potius ergo tēpus a creatura ꝙ̄ creatura cepit a tēpore. Et per intētionē phi. iiij. phic. c. de tēpore. ſatis oſtēditur. ꝙ nō ſit niſi vnū tēpus ⁊ illud eſt ꝯtinuum. Et illud idem mēſuratur motu anime. Dicit eniꝫ ſic. Si nos non

fuerimus

fuerimus tráſmutati in noſtra méte: aut ſi fuerim⁹ ꝛ non
t.c^m.98. perceperimus: nō reputamus tēpus eſſe factū. Et parum
infra. Simul inquit ſentimus ꝛ tempus ꝛ motū. quoniaꝫ
ſi fuerimus in ſtudio. ꝛ nihil accidat corporibus noſtris.
ſed in anima noſtra acciderit aliquis motus fieri. ꝛ ſimul
cōſtituimus aliqđ tēpus fieri: reputabimus aliquē motū
fieri. ex quo ſeqtur ꝙ tēpus eſt motus vel aliquid mot⁹.
hec ſunt verba phi de verbo ad verbuꝫ. Ex quo ſatis ma-
nifeſte patet ꝙ tēpus de quo ipſe tractat mēſurat ꝛ ſequi-
tur motū anime. Qđ autē ipſuꝫ idē ſit cōtinuuꝫ: patet per
t.c^m.99. ipſum ibidē. naꝫ in proxima particula ſubiūgit. Et motus
etiā eſt ꝯtinuus. ꝛ qꝛ motus eſt ꝯtinuus tempus eſt conti-
nuum. Hec ſunt verba phi. Ex quo manifeſte patet ſm
intētionē ſuam. ꝙ nō eſt tempus niſi cōtinuuꝫ. ꝛ ꝙ illud
mēſurat ꝛ cōſequitur motū anime: ſicut ꝛ rerum corpora
lium in nobis. Et in predicamētis vbi agit de quantitate
cōtinua ꝛ diſcreta: oſtēdit ꝙ tēpus eſt continuuꝫ. ꝛ de nul-
lo alio tēpore facit mentionē. ex quo ſignū accipimus. ꝙ
non ſit aliud tempus. Et ibidē dicit Simplicius in cōmē
to. videtur tēpus continuuꝫ propriiſſime. aliorum eniꝫ cō
tinuorum vnūquodqꝫ diuiditur vtiqꝫ. tempus autēꝫ ſem-
per continuum. ꝛ nunꝗ̄ de tangentibus eſt.

Reſpōſio ad hec ſcđm Thomā.

❡ Qđ in pmis dicūt ꝙ antiqui tenuerūt angelos in gra-
tia fuiſſe creatos verum dicūt. Quia beatus Auguſtinus
antiquoꝝ omniuꝫ excellentiſſimus doctoꝝ hoc ipſuꝫ do-
cet in locis multis. ❡ Qđ vō dicunt ſecūdo ꝙ modo hoc
nō tenetur a magiſtris: nō dicunt verum. Magiſtri eniꝫ
magis approbati doctrinā beati Auguſtini ſequētes hoc
ponunt cōcorditer. Illa vō duo que dicunt eſſe falſa: ſatis
patent intelligētibus eſſe vera. ꝛ per omnia doctrine ſan-
ctoruꝫ conſona. Primū patet per Auguſtinū ſuper Gene-
ſim ad litteram. ꝛ de ciui. dei. Uult enim beatus Auguſti
nus vtrobiqꝫ. ꝙ diabolus ſtatim cecidit poſt ſuam crea-
tionem. qꝛ videlꝫ in veritate nō ſtetit. ſi enim illo inſtanti
in gratia ſibi collata. ꝛ per conſequēs in veritate ſtetiſſet
Act.10. vna etiā cū alijs in illo inſtāti beatitudinē accepiſſet. non
Ad p^m eniꝫ eſt pſonarū acceptor deus. ❡ Qđ vō cōtra iſtud pri-
mum obijciūt. ꝙ incipiēte tēpore recipiendi ceſſet tēpus
merēdi vel demerēdi: eſt directe cōtra ipſos quo ad hoc
qđ dixerūt de merito angelorū primo arti^o. In nullo vō
eſt cōtra Thomā. Dicēdūꝫ enim ſm ipſuꝫ eſt. ꝙ q̄uis in
eodē inſtāti nō poſſet vnus ꝛ idē mereri ꝛ demereri. ꝛ re-
cipere. cū in illo eodem inſtāti quo vnus qui impedimen-
tum nō prebet recipit ꝛ alius poteſt impedimētū prebere
Ad 2^m demerendo ne recipiat. ſic cōtingit in propoſito. Uñ pla-
nuꝫ eſt ꝙ illud argumētuꝫ non procedit. ❡ Qđ vō cōtra
ſcđm obijciūt: volētes probare per ſanctos ꝛ phos vnuꝫ
eſſe omniū tēpus cōtinens. Manifeſtū eſt ſatis intelligē-
tibus eſſe friuolū. tēpus enim ꝯtinuuꝫ impoſſibile eſt vt
mēſurā actus ſimplicis idiuiſibilis cuiuſmodi eſt opatio
intellectus ꝛ affectus in angelis. ❡ Qđ vō dicunt ſm An
ſelmū. ꝙ vnū eſt tēpus omniū que in eodē tēpore ſimul
ſunt: viſuꝫ eſt tanꝗ̄ in ppria mēſura cuiuſmodi ſunt cor-
ruptibilia ſolū. Operatio autē taꝫ angelica ꝗ̄ diuina: que
idem tēpus cōcomitātur: aliquo tēpore nō menſurantur:
ſed dei operatio mēſuratur eternitate. Opatio vō angeli-
ca interior mēſuratur tēpore alionō cōtinuo: cū nullā ha-
beat cōtinuitatē. ❡ Auctoritas autē Aug^ni in nullo eſt pro
eis. Si eni nullus eſſet motus ſpūalis nec corporalis crea
ture: nec cōtinuus nec nō cōtinuus: tunc nullū eſſet tēpus
cōtinuum vel non cōtinuuꝫ mēſurans hunc vel illū. hoc
concedimus. nec plus poteſt haberi ex verbis Auguſtini.
ca. d. tpe Illud etiā qđ accipiunt de pho nihil facit pro eis. planuꝫ
eſt eniꝫ ꝙ vt naturalis phs. iiij. phiſicoꝝ nō habuit de alio
tēpore ꝗ̄ de tēpore cōtinuo motū conſequente determi-
nare. Nec tēpus nō cōtinuū quod eſt mēſura actuū ſim-
plicium in ſubſtātijs ſeparatis debebat in predicamētis
explicare pueris. Signū ergo qđ accipiūt nullum eſt. Qđ
phs inſinuat ꝙ tēpus de quo determinat. iiij. phyſicoruꝫ t.c^m.96.
menſurat motus anime nr̄e ꝯcedi debet. ꝛ hoc. qꝛ motus
anime noſtre rōne corporis cōueniunt in ꝯtinuitate cum
motibus corpoꝝ per ſe: vel ad minus per accidens. Pla-
num enim eſt ꝙ potētie organice ipſius anime habent in
operādo actuꝫ ſiue motum cōtinuum: vtpote materialē.
Actus vō potētie intellectiue: lꝫ ſit in ſe ſimplex ꝛ imate-
rialis: tñ non eſt oino ſine illis inferioribus materialib⁹.
qꝛ nō eſt ſine phātaſmate. ꝛ per ꝯñs eſt cū ꝯtinuo ꝛ tpe ſꝫ
phm. iij. de aia. Secus eſt oino de actu ꝛ operatiōe oino t.c^m.39.
ſimplici ꝛ indiuiſibili in ſubſtātijs ſeparatis. Cōmen. vō ſimpli-
citer loqtur de tēpore continuo quod mēſurat motum. de
quo agit in predicamētis. vt patet intuēti.

A Rticulus vigeſimuſquartus. Iteꝫ. q.
lxiiij. ar. ij. in rñſiōe pncipa-
li dicit. ꝙ vis appetitiua in oib⁹ pportionatˀ
apphēſioni a q̄ mouetˀ: ſicˀ mobile a motore.

Corruptorium. ❡ Si per h intelligit ꝙ vis
appetitiua nihil appetit vel re
fugit: niſi qđ vis apphēſiua ſibi correſpōdēs primo appre-
henderit ꝛ ſibi oſtenderit: veruꝫ eſt qđ dicit ſm ſanctos ꝛ
phos. ſi aūt velit dicere. ꝙ vis apprehēſiua in oib⁹ deter-
minat appetitū ad vnū neceſſitando ipſum. error eſt cō-
dēnatus Pariſius publice. qꝛ nec vis apprehēſiua ſenſiti
ua nec rōnalis determinat ipſaꝫ volūtateꝫ vel neceſſitat
volūtatē ad vnū. iō pus ꝗ̄ ratio ordēnt ꝛ iudicauerit de
duob⁹ alteꝝ eſſe tñ volendū: volūtas manet libera: vt il-
lo dimiſſo velit oppoſitū. ꝛ iō poſitio hec cauēda eſt.

Reſpōſio ad hoc ſcđm Thomā.

❡ Qrñ Thomas intēdit ꝙ vis apprehenſiua mouet ap-
petitū primo modo ꝛ nō ſecūdo ꝛ quātum ad appetitum
intellectiuuꝫ: prout patet ex ei⁹ doctrina vbiqꝫ. ꝛ h vt iſti
fatētur verum eſt ſm ſanctos ꝛ phos. Planum eſt ꝙ iſte
modus ponendi non eſt cauēdus: ſꝫ reuera ſermo verus i. Thi. p
ꝛ omni acceptione dignus.

A Rticulus vigeſimuſquintus. Iteꝫ. q.
eadē ꝛ arti. co. in rñſiōe pn
cipali aſſignās cauſaꝫ obſtinationis in demo
nibus dicit. ꝙ differt apprehēſio hois ab ap-
prehēſione angeli inꝗ̄tum angelus apprehē
dit per intellectū imobiliter ſicut ꝛ nos per intellectū ap-
prehēdimus prima pncipia quoꝝ eſt intellectus. Homo
vō per rōnem mobiliter apprehēdit diſcurrendo ab vno
in aliud habēs viā procedēdi ad vtrūqꝫ oppoſitoꝝ. vnde
ꝛ volūtas hominis adheret alicui mobiliter. i. potens ab
eo recedere ꝛ cōtrario adherere. Uolūtas autē angeli fi-
xe ꝛ imobiliter. ꝛ ideo ſi cōſideretur ante adheſionē pōt li
bere adherere huic ꝛ eius oppoſito in his. ſ. que nō natura
liter vult. ſed poſtꝗ̄ adheſit imobiliter adheret.

Corruptorium. ❡ Ex his patet ꝙ ipſe ponit
angelos ꝛ adherere ꝛ appre-
hēdere ꝛ imobiliter velle: ꝛ hoc eſſe cauſam obſtinatiōis
maloꝝ ꝛ confirmationis bonoꝝ. vt patet in fine reſpōſio
nis huius. ❡ Hec ratio ꝛ poſitio videtˀ ſapere erroꝛ ſex- I
to de angelis: qui eſt. ꝙ in ſubſtātijs ſeparatis nō eſt poſſi
bilis trāſmutatio. nec ſunt in potētia ad aliud. Si eni vo-
luntas ꝛ apprehēſio angeloꝝ imobilis fuerit cū rectitudi
ne in qua creati fuerunt. nunꝗ̄ ſm volūtatem ꝛ rationeꝫ
moti fuiſſent ab illa rectitudine quā habuerunt in primo

inſtāti ſue creationis. ⁊ ſi nunq̄ moti fuiſſent nunq̄ peccaſſent: quod ↄſtat eſſe falſum. ergo poſitio de qua ſequitur.

2 ¶ ꝓ. hoc eſt cōtra Gregoriū. v. moraliū. lxix. c. qui dicit. Si angelorū ſubſtātia a mutabilitatis natura fuiſſet aliena vnde a cōditione cōdita: nunq̄ reprobus ſpiritus a beatitudinis ſue arce cecidiſſet. vnde deus oīpotens naturā ſūmoꝝ ſpirituum bonā ſed mutabilē condidit. vt qui permanere nollēt ruerent. ⁊ qui in cōditione perſiſterent: tāto in ea dignius quāto arbitrio ſtarent: ⁊ eo maioris meriti fierent apud deum: quo mutabilitatis ſue motum voluntatis ſtatione fixiſſent. Ex his patet ꝙ cauſa obſtinationis angelorū non fuit imutabiliter intelligere vel velle. neq̄ etiam ↄfirmationis: ſed voluntas ruendi vel ſtandi libera: que extra ſtatum libertatis ⁊ merendi ſe libere poſuit.

Reſpōſio ad hec ſcd̄m Thomā.

Ad p^m ¶ Quādo dicunt per verba Thome. Ex his patet ꝙ ipſe ponit angelos ⁊ adherere ⁊ apprehēdere ⁊ imobiliter velle. imponētes Thome ꝙ ponat in angelis omnimodam imutabilitatē. planū eſt ꝙ non intellexerūt eum: vel intelligere noluerunt: q2 nunq̄ hic vel alibi hoc poſuit. ſed potius eius oppoſitū. ſicut patet in prima pte. q. lx. arti. ij. Ipſe enim ponit ſucceſſionē in actu apprehēſionis ⁊ affectionis in angelis quā vocat tempus nō continuum ſicut patuit ſupra. qđ non eſt ſine mutabilitate. Dicit enim in iſta reſpōſione. ſm ꝙ dici ſolet. ꝙ liberū arbitriū hominis eſt flexibile ante electionem ⁊ poſt. liberum vero arbitriū angeli eſt flexibile ante electionē ſed nō poſt. Certe ſi angelus eſſet oīno imutabilis. nullo modo eius voluntas eſſet flexibilis. ⁊ ſic patet ꝙ iſta poſitio non fauet illi errori. qui eſt ꝙ in angelis nō eſt trāſmutatio. ꝑut voluit obiectio prima.

Ad 2^m Nec eſt cōtra Gregoriū. qui ponit in angelis mutabilitatē: vt voluit obiectio ſecūda. Dicatur autem angelus imobiliter apprehēdere: nō q2 imutabiliter ſtet ſemꝑ in vnius rei apprehēſione. ſed q2 nō apprehēdit mouēdo ſeu diſcurrēdo ab vno in aliud: ſicut dicit Thomas. Silr dicitur imobiliter velle. nō q2 imutabiliter ac ſemꝑ actu velit vnū ⁊ idem. Sed q2 ſua volūtas eſt inflexibilis poſt electionē. nec vnq̄ extūc poteſt velle eius oppoſitum. pōt tñ volūtatē ad alia ⁊ alia conuertere vna affectiōe in ipſo alteri ſuccedēte. quod nō fieret niſi mutabilis foret. ¶ Ex his patet ꝙ ex falſo intellectu non dico malo proceſſit. qđ iſti correctores vel corruptores dicunt Thomā in iſta poſitione imutabilitatē in angelis poſuiſſe. ¶ Poſſet cōtra Thomam in propoſito ſic argui. Ipſe enim dicit in reſpōſione vltimi argumēti imediate precedentis articuli. ꝙ omnes angeli in gratia creati in primo inſtāti meruerant. Sed quidā ſtatim impedimentū ſue beatitudinis ꝑſtiterūt ꝑcedēs meritū mortificātes: ⁊ iđ beatitudine caruerūt. verba ſua ſunt: ſi in primo inſtanti meruerant: videt ꝙ in illo primo inſtanti ſe ⁊ omnia ſua in deū ordinauerūt. eligētes ſub deo eſſe: ⁊ ſibi finaliter adherere. Si ergo eoꝝ voluntas poſt primaꝫ apprehēſionē intellectualē ⁊ electionem ipſam cōſequētem eſt inflexibilis: vt videt ſm Thomaꝫ: ſeqtur ꝙ nullus eoꝝ poſt primū inſtāe potuit ad aliud flecti vel peccare: cuius oppoſitū patuit in demonibus. ¶ Ad h poteſt dici. ꝙ poſtea nō ſunt flexi ad volēdū aliud q̄ illud qđ prius principaliter volebāt. Sed q2 tūc erant facti impeccabiles per gloriam: flexibiles fuerūt ad volēdū id quod prius ſed alio modo q̄ prius. Qui igitur primū modū non dimiſerunt: firmati ſunt in bono. nō virtute ſue nature: ſed per virtutem glorie facti: vt imutabiliter illum modum tenerent amantes. ſ. ſeipſos. ⁊ omnia alia eo modo quo prius propter deum. Sed alij aliū modū amandi elegerūt amādo omnia propter ſeipſos finaliter. ⁊ ideo rectū ordinem ⁊ verū dimiſerunt ⁊ per cōſequens a veritate impedimētum ſue beatitudinis preſtando ceciderunt. ⁊ hoc ſtatim vt dictum eſt ſupra.

Articulus vigeſimuſſextus.

Item. q. lxiiij. ar. vlt. in reſponſione principali dicit. ꝙ duplex eſt locus penalis demonibus. vnus rōne culpe. ⁊ iſte eſt infernus. alius ratione exercitationis humane nature. ⁊ hic eſt iſte aer caliginoſus. Et parū poſt in reſpōſione primi argumenti dicit. ꝙ locus non eſt penalis angelo vel anime quaſi afficiens alterādo naturam: ſed afficiēs contriſtando voluntatem: dū anima vel angelus apprehendit ſe eſſe in loco non conuenienti.

Corruptorium.

¶ Hoc videtur erroneū. q2 ſm eandem rationē ſi demō vel anima digna punitione eſſet in paradiſo. ⁊ apprehen- 1 deret nō eſſe conuenientē locū ſue nature. ꝙ etiam pati deberet. q2 Paradiſus non eſt locus conueniēs diſpoſitioni volūtatis demonū. Ita Paradiſus eſſet locus penalis demonibus: ⁊ aiabus ſeparatis malis ſicut infernus.

2 ¶ ꝓ. predicta poſitio innuit plane. ꝙ demones ⁊ anime nō puniantur in inferno niſi intelligibiliter vel imaginarie vel phantaſtice ⁊ non vere. quod eſt contra Aug^m de fide ad Petrū. c. penultimo. qui dicit ſempiterna ⁊ imutabili ꝓlata ſententia. Iniqui oēs ibunt in combuſtionē eternā: iuſti in vitam eternam. Iniqui arſuri ſemper cū diabolo. iuſti vero regnaturi ſunt ſine fine cum Chriſto. Et Aug^s xxi. de ciui. dei. c. iiij. Cur non dicemus q̄uis miris: veris tamē modis ſpiritus icorporales pena affligi corporea. nā ſi tñ affligerentur imaginaria vel quacūq̄ apprehenſione alia: tunc nō diceretur miris modis.

3 ¶ ꝓ. ſi ſolum affligitur anima vel angelus ex hoc ꝙ locus inferni apprehenſus eſt inconueniēs voluntati: cū nihil ſit contrariū vel nō inconueniens voluntati: niſi propter incōmoditatem vel iniuſtitiā: ſicut dicit Hugo libro primo de ſacramentis. parte. v. c. 2°. ¶ Et idem vult Anſelmus de caſu diaboli. c. v. Et idē dicit de concordia predeſtinationis ⁊ preſciētie. cōſtat ꝙ anima vel demon non iudicat locum inferni non cōuenientem vel penalem. q2 cōtrarius eſt ſue voluntati propter iniuſtitiā. tamen q2 infernus nō apprehenditur ab eo vt cauſa vel occaſio iniuſtitie. reſtat tunc ꝙ iudicet cōtrarium ſue volūtati propter incōmoditatē vel nocumētū. aut igitur ignis inferni vel locus ille eſt nociuus ⁊ incōmodus vere affligens: ſicut alia ſolēt affligere. ⁊ ſic habeo propoſitū. ſ. ꝙ poſitio Thome eſt falſa. aut imaginarie vel phātaſtice. ⁊ ſic nō vere punitur. qđ eſt cōtra auctoritatē Aug^i prehabitā ⁊ ↄtra euāgeliū Matth. 23°. Ite maledicti ⁊c. qui ignis nō extinguetur: ſicut habetur in eodē. ⁊ in Iſaia vltimo. Cōſtat aūt ꝙ deus cōminatur punitionē vere ⁊ nō phātaſtice.

4 ¶ ꝓ. nō eſt credibile ꝙ hi qui in alijs ſubtiliſſimi ſunt ⁊ acutiſſimi. in hoc ſolū ſint decepti. ꝙ putāt ſe affligi ab igne a quo non pñt pati. Unde hec poſitio videtur fauere errori alias ↄdēnato Pariſius a dño Stephano Pariſienſi epo. qui. eſt. ꝙ anima ſeparata poſt mortem non affligitur. nec patitur ab igne corporeo.

Reſpōſio ad hec ſcd̄m Thomā.

¶ Sciendū ꝙ prout docet Thomas in iſto articulo. ꝙ locus corporalis quicūq̄: etiā Paradiſus. ſi apprehendatur ab angelo vel anima ſeparata vt nō ↄueniens ſue nature. ⁊ in quo diuina virtute neceſſe habet eternaliter alligari ⁊ detineri: ſꝫ ad tempus ſic alibi: nō in phātaſticā ſed

in veriſſimā penam ceditilli. ⁊ quāto locus magis diſcōueniēs eſt ⁊ deformior:tanto pena maior. Unde qꝛ infernus eſt locus maxime deformitatis. ⁊ per cōſequens maxime diſconueniens nobilitati intellectualis nāe. Hinc eſt ꝙ demones ⁊ anime ſcientes ſe inuitos eternaliter alligatos in illo detineri ſumme affliguntur:lʒ ad tempus

Ad pm ſint alibi. ¶ Ex his patet reſponſio ad pmū: qꝛ nō eſt incōueniens ꝯcedere paradiſum ſi nō cōueniens ſit nature intellectuali:ꝙ demones vel anime ibidē inuite detentī poſſunt affligi. lʒ minus forſan ꝙ̄ ſi eſſent deputati loco

Ad 2m viliori. ¶ Ad ſcdm dicendum. Auguſtinus nō ponit combuſtionem vel ardorem talem in ſpiritibus ſeparatis ꝙ ſit corporeus. Hoc enim nō eſt intelligibile cuʒ ſint incorporei. ſed vocat combuſtionē vel ardorē eorū in corpore ignis. qḋ eſt talis nature detentionem ⁊ ſenſus tactus incorporeis damnatoꝝ ab huiuſmodi calore immutationem. Qḋ autem dicit ibidem Auguſtinus de ciuitate dei Miris tamen veris modis affligi ſpiritus incorporeos pena corporali:nō eſt contra predicta. Mirum enim eſt ⁊ diuine virtuti attribuendū. ꝙ ſpiritus incorporei ad ſuā penam maximā atqꝫ veriſſimā:ſic poſſunt in corpore aliquo detineri. vnde illud poſitioni eorum in nullo ſeruit. cum nō ponatur iſta pena eoꝝ phantaſtica. i. apparens. ⁊ nō exiſtens:ſed vt dictum eſt veraciter affligens. ¶ Ad 3m dicendū. ꝙ locus iſte cōtrarius eſt voluntati ꝓpter incōmoditatē ex predicta detentione ac incarceratione proueniens. Eſt enim locus ille afficiens nō quaſi alterando naturā:ſed put dicit Thomas afficiens cōtriſtando volū

mat.25. tatem ſm modum predictum. Hoc quoqꝫ nō eſt contra-

Iſa.66. rium dictis euangelicis: Ite maledicti ⁊c. Nec propheticis: Ignis eoꝝ nō extinguetur. ſed per omnia vt ex dictis patet eiſdem conſonat. In hoc autē fuerunt iſti decepti. ꝙ nō putabant ſpiritus incorporeos poſſe affligi ab igne veraciter:niſi eorum natura per ignis actionem eſt alterata. qḋ falſum eſt. Non enim affliguntur ab igne per virtutem nature ignis. ſed prout ille ignis eſt inſtrumentū diuine iuſtitie illos ſpiritus ſuperbos cōtra ſuam voluntatē detinēs. qui nolebant deo creatori ſe ſubiicere. Unde ſub

Ad 4m iecti ſunt vel per hoc velint nolint infime creature. ¶ Ad 4m dicendū. ꝙ iſti in hoc argumento ſicut in alijs aliqs ſupponunt falſum:ſcilicet ꝙ Thomas poſuit iſtam penā nō eſſe veram ſed phantaſticam. Illud autē nō eſt veꝝ: vt ipſum intuenti patet per predicta. ergo nō ſunt in hoc decepti ꝙ putant ſe affligi cum nō affligantur. vere enim affliguntur.

ARticulus vigeſimuſſeptimus. Item queſtione. lxvi. articulo p̄. in reſponſione. q. dicit. ꝙ impoſſibile eſt dicere ꝙ informitas materie tempore preceſſerit formationem eius. Ex quo ſequitur ꝙ a pncipio nō fuit confuſio quā antiqui volebant eſſe chaos. Secundo dicit ſic. Si materia informis preceſſit duratione. ergo erat in actu. hoc enim importat duratio. creationis enim terminus eſt ens actu. Ipſum autem qḋ eſt actu eſt forma. Dicere ergo materiaʒ precedere ſine forma:eſt dicere ens actu ſine actu. quod importat contradictionem. Item addit ibidem. Si eſſent plures forme ſubſtātiales in materia:poſterior eſſet accidentalis. ⁊ generatio eſſet alteratio.

Corruptorium. ¶ Hec poſitio derogat omni potentie diuine: quia lʒ accidens depēdeat a ſubiecto plus ꝙ̄ materia a forma. tamē poteſt facere accidens ſine ſubiecto. ⁊ facit in ſacramento altaris. ⁊ ideo poteſt dare materie eſſe actu ſine forma. lʒ hoc a principio non fecerit:qḋ ſciatur. vnde omnes magiſtri concordauerant nuper. ꝙ erroneū eſt dicere ꝙ deus non poteſt dare eſſe actu materie ſine forma. ¶ Ad pmū in contrarium dici poteſt. ꝙ lʒ ſit impoſſibile ipſi materie vel operationi eius:vel cauſis inferioribus. ꝙ preceſſerit confuſio vel chaos. vel materia ſine forma. non tamen fuit impoſſibile omnipotentie diuine vel cauſis ſuperioribus. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ non eſt hic contradictio. Materia enim comparatur ad formam vt a quo poteſt recipere eſſe tale. Et comparatur ad ſuum artificem vt a quo accipit ſuaʒ eſſentiam aliam ab eſſentia forme: cuius eſſentia non dependet a forma ſed a ſuo creatore. Dico ergo ꝙ ſi deus daret materie eſſe actu idem numero qḋ daret hec forma ſignata ſine vlla forma:tunc eſſet implicatio contradictionis:ſicut ſi daret parieti eſſe albū ſine albedine. hoc enim eſſe non poteſt:ſi tamen eſſentie materie que nō dependet a ſua forma:ſed a ſuo creatore daret eſſe actu ſine forma:nulla eſſet contradictio. ¶ Vel aliter poteſt dici ad illud. ꝙ implicatio cōtradictionis in aliqua materia poteſt intelligi dupliciter. vel ſimpliciter ad omne tempus:ſicut Sortem currentem non moueri. Alio modo intelligitur implicatio contradictionis vt nūc ſm ſtatum ⁊ curſum nature qui nūc eſt in rebus. Iſto mō enim dicere aſinum immortalem implicat contradictionem. ⁊ illud qḋ ſic implicat contradictionem poteſt deus facere. nō ꝙ ſimul faciat contradictoria:ſed mutando naturalem curſum ⁊ dando alium. vt ſi faceret aſinum immortalem. qḋ nullus auderet dicere deum nō poſſe facere. ¶ Quod ſi dicas. Non habet ideam diſtinctam. ergo nec eſſentiam ab eſſe forme diſtinctam. hoc eſt falſum. immo ſi non haberet ideam in deo diſtinctam:non eſſet ab eo:⁊ ſic eſſet ponere duo principia:qḋ eſt nephariū dicere. ¶ Qḋ autem dicit ꝙ forma eſt actus. veruʒ eſt:ſed nō omnis actus. Poteſt eniʒ deus dare eſſe actu eſſentie materie ſine actu forme. ly forma enim ⁊ ly actus equiuocantur:cum dico ꝙ forma eſt actus. ⁊ ꝙ eſſe eſt actus: forma eniʒ eſt actus vt habitus. eſſe vō eſt actus vt actus. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ habet pro inconuenienti poſſe plures formas ſubſtantiales eſſe in materia. Dicendū ꝙ nō eſt inconueniens. quia in veritate plures ſunt. vnde poſitio ſua qua negatur gradus formarum:ponens tm̄ vnam formā eſt a magiſtris vt erronea reprobata propter plures hereſes inde ſequentes: vt infra patebit. articulo. xxxi. ⁊. xxxij. Nec ratio ſua cogit qua dicit. Si eſſent plures forme poſterior eſſet accidentalis. Hec enim conſequentia non tenet niſi de illis que adueniunt forme ſubſtantiali cōſtituenti eſſe completum.

Reſpōſio ad hec ſcdm Thomā.

¶ Supra. q. iiij. dictum eſt ꝙ ſufficit ad predictorum diſſolutiones. Ut enim actus qui eſt vnius potentie ꝓprius fiat actus potentie alterius: vt videre:qui eſt actus potentie viſiue fiat actus potentie auditiue omnino includit contradictionem. Actus autem proprius materie eſt forma. eſſe vō quod eſt actus entis eſt actus vel perfectio forme vel quidditatis compoſite formaʒ habentis tanꝙ̄ proprie potentie. Unde ponere ipſum eſſe actum ſolius materie:eſt ponere ipſum eſſe actum alterius potentie ꝙ̄ illius cuius eſt actus. ⁊ includit contradictionem. ¶ Et per hoc patet ad primum. Ad pm Accidentia enim quia ſunt forme:⁊ eſſe vt dictum eſt:eſt actus forme vel formam habentis. hinc eſt ꝙ eſſe pōt ipſis accidētibus diuina virtute ſine ſubiecto a quo nāliter dependent cōcreari. hoc tn̄ nō pōt cōcreari māe. lʒ dicaꝫ ꝙ accidentia plus dependeāt a ſubiecto ꝙ̄ materia a forma. Et qꝛ materia nō eſt potētia ꝓpria cuius actus īmediatus eſt eſſe. forma vō accidē-

talis inq̄tū forma eſt potētia ꝓpria: cuius actus ⁊ pfectio
eſt eſſe actu. Inq̄tū v̄o accidētalis nō habet nec per nām
pōt habere eſſe ſine ſubiecto. Qualiter tñ pōt eſſe ſine ſub
iecto per diuinā v̄tutē in ſacramēto altaris optime decla-
rat Thomas in vltima pte ſum. q. lxxvij. arti. v. in reſpon
ſione principali. q2 videlicet quātitas dimenſiua includit
in ſe rōnē indiuiduationis. pbaṫ ꝙ alia accidentia cōſe-
quentia poterunt mediāte ipſa ꝑticipare eſſe indiuiduale
⁊ per ſe ſubſiſtere ſine ſubſtātia ſupportante. ⁊ hoc diuina
v̄tute vt dictū eſt ⁊ declaraṫ ibidē. ¶ Qd̄ dicunt ꝙ oēs
magiſtri nuper cōcordauerant. ꝙ erroneum eſt dicere. ꝙ
deus non pōt dare eſſe actu materie ſine forma: nō recipi
mus ſine teſtimonio. cum ſciamus ꝙ maiores naturam
materie ⁊ forme ſm̄ phōs rectius intelligentes oppoſitū
ſentiant. Nec hoc derogat potentie diuine. Nihil eniꝫ qd̄
includit ꝯtradictionē poteſt habere rōnem factibilis ſiue
producibilis a deo. ¶ Hoc ergo qd̄ dicunt reſpondendo
ad primū argumentū. ꝙ materiā eſſe ſine forma eſt poſſi-
bile cauſe ſuperioribus: manifeſte falſuꝫ eſt. cū hoc inclu
dat cōtradictionē: vt ſepe dictū eſt. ¶ Et qd̄ dicunt ad ſe-
cundum. ꝙ illud nō implicat cōtradictionē. ⁊ hoc q2 ma-
teria cōparatur ad formā: vt a quo pōt accipere eſſe tale.
⁊ ad ſuum opificem. vt a quo accipit eſſentiam aliam ab
eſſentia forme: a qua nō depēdet. Si velint dicere ꝙ ma-
terie eſſentia nō dependet a forma tanq̄ a cauſa efficien-
te ipſam producente: verum dicunt. ſed nihil ad ꝓpoſitū.
Sed ſi velint dicere. ꝙ eſſentia materie non dependet a
forma quo ad actū eſſendi: cuius principiū eſt ipſa forma
ſm̄ phm̄ falſum dicunt. Idem enim eſt dicere ꝙ a creato
re cōmunicetur eſſe actu qd̄cūq2 ſoli materie. ⁊ dicere ꝙ
actus viſus quocunq2 cōmunicetur potentie auditiue: vi
detur ꝙ aliquis alius actus ſit actus nō ſue potētie ꝓprie.
¶ Itē ſicut forma accidentalis eſt illud quo res eſt quan
ta vel qualis: ⁊ huiuſmodi. Sic forma ſubſtātialis eſt id
quo res eſt ſimpliciter. Un̄ ſm̄ phm̄ inductio forme acci- p̄ de gñ. Z. 2ᵛⁱ. 18 ⁊ alibi.
dentalis eſt generatio ſm̄ quid. Sed inductio forme ſub-
ſtantialis dicitur generatio ſimplr̄. ergo ſicut cōtradictio
neꝫ implicat ꝙ aliquid ſit quantū vel quale. ⁊ careat quā
titate ⁊ qualitate: ita cōtradictionē implicat neceſſario. ꝙ
aliquid ſimplr̄ actu ſit carens forma ſubſtantiali que dat
eſſe actu ſimplr̄. Et qd̄ dicunt tanq̄ in argumento poſiti
aliter euadere cupientes. ſ. ꝙ implicatio contradictionis
dupliciter contingit vt nunc ⁊ ſimpliciter nō iuuat eos. q2
in ꝓpoſito eſt implicatio ꝯtradictionis ſimpliciter eo mō
quo in eoꝝ exemplo. ſ. ſortem currentē non moueri: ſicut
enim nō eſt intelligibile ꝙ ſit curſus ſine motu. ſic nō eſt
intelligibile. Imo eque impoſſibile ꝙ ſit eſſe actu ſine for-
ma. quia eſſe actu nihil aliud eſt q̄ cōpletio ⁊ actualitas
quidditatis: que forma eſt vt in angelis vel formam ha-
bens vt in aliis cōpoſitis ex materia ⁊ forma. ponere aūt
actualitatem alicuius ante ipſum: eſt ponere ipſuꝫ ⁊ non
ponere ipſum. ⁊ nō eſt dubium quin iſta ſint cōtradicto-
ria ſimpliciter. qualiter aūt materia habeat ideam ⁊ qua-
liter nō dictuꝫ eſt ſupra. q. iiij. Qd̄ dicunt tandē ꝙ forma
⁊ eſſe dicuntur actus diuerſimode: q2 forma dicit p̄mum
actū: eſſe v̄o ſcdm̄. verum dicunt: ſed nō iuuat eos. q2 qui
ponit actū ſecundū ꝓuenientē a primo actu. ⁊ non ponit
primū actū ipſe ponit actum p̄mū: ⁊ nō ponit actum pri-
muꝫ. ergo qui ponit eſſe actu: qui eſt actus ſecundus: ⁊ nō
ponit formam actū primuꝫ: ac principium eius ipſe ponē
do nō formam ponit formā. ⁊ ſic ponunt iſti qui ſine for-
ma volunt eſſe actu concreari media. ¶ Et qd̄ dicunt ad
tertium. ꝙ plures hereſes cōſequuntur ex poſitione ſua
circa vnitatem forme ſubſtantialis. ꝓpter quas reputaṫ
erronea: vt oſtendeṫ infra. Dicendū ꝙ cū ventum fuerit
ad illud: infra declarabitur per dei gratiam. ꝙ poſitio illa
nō eſt erronea nec hereſis aliq̄ ex ipſa ſequiṫ ꝯtra ſcā recta.

ARticulus vigeſimuſoctauus. Item. q. lxxv. arti. 2° in reſponſione
queſtionis dicit. ꝙ anima nō eſt compoſita ex
materia ⁊ forma. qd̄ ꝓbat p̄mo per Augᵐ ſup
Gen̄. ad litteraꝫ. vbi probat ꝙ aīa nō eſt facta
ex materia corpali: nec ex materia ſpirituali. ¶ Scđo ſic
de rōne anime eſt ꝙ ſit forma alicuius corporis. aut ergo
ſm̄ ſe totam: aut ſm̄ ſuam parteꝫ. Si ſm̄ ſe totam: impoſ-
ſibile eſt ꝙ pars eius ſit materia. Si materia dicatur ens
in potentia tñ: forma autem inquantū forma eſt actus:
aliquid auteꝫ qd̄ eſt in potentia tñ nō pōt eſſe pars actꝰ:
cum ei repugnet potentia: vtpote contra actuꝫ diuiſa. Si
autē ſit forma ſm̄ aliquam partē ſui illam dicemus eſſe
animā. ⁊ illam materiam cuius ponitur primus actus: di-
cemus eſſe primū animatū. ¶ Tertio apparet ex hoc ꝙ
omne qd̄ recipitur: recipitur in eo per modum recipientis:
ſic autē cognoſcitur vnumqđq2 ſicut forma ſua eſt in co-
gnoſcente. Anima autē intellectiua cognoſcit rem in ſua
natura abſolute: puta lapidem inquantum eſt lapis abſo-
lute. Eſt ergo forma lapidis abſolute ſm̄ rationem ꝓpriā
formalē in anima intellectiua. Anima igitur intellectiua
eſt forma abſoluta nō aliquid cōpoſituꝫ ex materia ⁊ for-
ma. ¶ Ꝓ. Si anima eſſet compoſita ex materia ⁊ forma:
forme rerum reciperenṫ in ea vt indiuiduales. ⁊ ſic nō co
gnoſceret niſi ſingulare: ſicut accidit in potētijs ſenſitiuis
que recipiunt formas rerum in organo corpali. Materia
enim eſt principiū indiuiduationis formaruꝫ. Relinqui-
tur ergo ꝙ anima intellectiua ⁊ omnis ſubſtantia intelle
ctualis cognoſcens formas abſolute caret compoſitione
materie ⁊ forme. ¶ Hanc eandem poſitioneꝫ replicat in
queſtione. lxxvi. arti. p̄mi. in reſpōſione q̄ſtionis in fine re
plicans ad confirmandum hoc ſm̄ rōnē ſupius poſitam.

Corruptorium.

¶ Contra iſtam poſitionem ſunt ea que dicta ſunt ſupra
decimo articulo. ꝙ angeli nō ſunt compoſiti ex materia ⁊
forma. ¶ Hec poſitio. ſ. ꝙ aīa nō habet materiaꝫ eſt pla-
ne cōtra Augᵐ qui vbiq2 ſupra Gen̄. ad litteraꝫ ſupponit
eā habere materiam. Sed querit diſputando. an eius ma-
teria preceſſerit eā tempore vel ſolum origine. ⁊ hoc vltī-
mū tenet. Un̄ Augᵒ. vij. ſup Gen̄. ad litterā. ca. xlvij. que-
rit: an ſit ex aliqua re que iā ſpiritualiter ab illo facta erat.
Si nondū erat aīa: merito queri pōtuit a ſcilicet. ꝙ ſi qđdā
incōmutabile eſſet aīa nō mō eius mām quereremꝰ: nūc
autē eius mutabilitas ſatis indicat eā vitijs atq2 fallacijs
deformē reddi. formari aūt virtutibus veritatiſq2 doctri-
na. Ecce Augᵒ ponit animā habere mām in ſuo genere ſpi
ritualē. Huic videṫ concordare Cōmentator ſup p̄mum
de anima. vbi inquirit an intellectus mālis ſit aliqđ ens 2ᵛᵒ. 18.
⁊ nō aliqua forma nec materia prima: ſic diſſoluit. quēad
modū ſenſibile diuidiṫ in mām ⁊ formā: ſic intelligibile
omne opꝫ diuidi in cōſimilia his duobꝰ. ſ. in aliqđ ſimile
forme: ⁊ in aliquid ſimile māe: ⁊ hoc neceſſe eſt ponere in
intelligētia abſtracta: que intelligit ⁊ ſine mā ⁊ ſine forma:
⁊ ſi nō: nō eſſet multitudo in formis abſtractis. Nota ꝙ
Auguſtinus dicit materiam ſpiritualem: Cōmentator di-
cit vt puto aliqđ ſimile māe. Philoſophi eniꝫ nō loquun
tur cōiter niſi de mā corpali. ¶ Itē dicta poſitio eſt ꝯtra
philoſophiam: que tñ potentiaꝫ rei attribuit ratione ma-
terie: ⁊ actionē ratione forme. Si ergo anima intellectiua
eſſet pura forma nō cōpoſita ex materia ⁊ forma: omnes
eius potentie eſſent actiue: ⁊ nulla paſſiua. qd̄ falſum eſt.
¶ Item videtur eſſe contra fidē que dicit animam capa
cem pene ⁊ glorie. Omnis autem paſſio ⁊ receptio attri-

buitur

bditur rei taz ſm ſanctos ꝙ̃ ſm philoſophos ratione materie. qđ patet. qꝛ nihil ſm ꝙ eſt actu: ſed ſm ꝙ eſt in potētia recipit. Omnis autem potentie paſſiua reducitur ad materiaz vt habetur. xi. metaph. ergo ſi anima nō habet materiam nō ſuſtinet penam in ferni. nec recipit beatitudinem a deo paſſiue. qđ eſſe nō poteſt niſi in eo qđ habet materiam. Ea etiam que poſita ſunt ſuperius de compoſitione angeli hic poſſunt adduci. ¶ Ad rōnes Thome ſolutiones. ¶ Ad pᵐ qđ adducit de Auguſtino nō inueni. lz diligenter queſierim. Si tamen hoc diceret: dicere intēdit ꝙ non eſt facta de materia alia ſpirituali que eam preceſſerit tēpore: ſed tm̄ ordine nature. Unde Aug⁹. vij. ſup Gen. cap. 4°. Credibile eſt anime ſolam ibi cōdidiſſe rōnem: ſm quam fieret: nō etiam quandam de ſuo genere materiam de qua fieret ibi. i. in prima rerum conditione. vnde vult ꝙ nō habuit materiā preiacentē ſicut corpus: plane tamen vult ibidem. ꝙ anima habeat materiā ſpūalem conuenientez ſibi tm̄ ordine nature: nō tempore preiacentez. ¶ Ad 2ᵐ dicimus. ꝙ anima eſt forma ſm ſe tota. ⁊ tamen cum infertur. ergo impoſſibile eſt ꝙ pars eius ſit materia. qꝛ materia eſt tm̄ in potentia: forma inq̄ntum eſt forma eſt actus. Dico ꝙ ſicut in materijs compoſitis: hoc eſt in omnibus materijs citra primam eſt aliquid qđ eſt in potentia tm̄: ſicut materia prima ſimplr̄ ⁊ alia que ſunt actus. ſ. ſuperaddite forme que diſponunt ad formā vltimā. ⁊ tunc illud compoſitū dicitur materia forme vltime. qꝛ forme diſponentes cedunt in partem materie. Ita dico in forma cōpoſita cuiuſmodi eſt anima intellectiua que eſt forma corporis ſm ſe totam. nō obſtante ꝙ aliq̄d eius ſit materia. lz enim materia anime rōnalis ſm ſe cōſiderata ſit aliqđ ens in potētia. tamen vt perfecta eſt per formā eſt actus ⁊ actus corporis. ¶ Ad 3ᵐ cum arguit ꝙ anima itellectiua debet eſſe abſoluta omnino a materia: qꝛ cognoſcit res abſolutas per formas a materia. forme autem abſolute a materia nō poſſunt recipi niſi in ſubſtātia omnino abſoluta a materia. qꝛ receptum eſt in recipiēte per modū recipientis ⁊ non recepti. Sciendum etiam ꝙ argumentum illud nō plus cogit niſi ꝙ anima intellectiua ſit magis imaterialis ꝙ̃ ſenſitiua. conſtat enim ꝙ potentie ſenſitiue apprehenſiue recipiunt ſpecies ſenſibilium ſine materia. ſicut dicit phūs in 2° de anima. Si ergo

t.2n.138 receptum nō poteſt recipi niſi per modū recipientis oportet potentias ſenſitiuas eſſe ſine materia. qđ conſtat eſſe falſum. Unde dicendū. ꝙ non opz in omni receptione ⁊ diſpoſitione receptum aſſimilari recipienti. Non eniz opz ſi oculus ſit materialiter aqueus ꝙ omne viſibile ſit materialiter aqueū. vel ꝙ ſpecies ei⁹ que viſibilis ſit aquea. vnde q̄ntum ad puritatem vel impuritatem perfectionez vel imperfectionem habet predicta poſitio veritatem: purius enim ⁊ perfectius recipit organum bene diſpoſitum ſpecies ſenſibilium: impurius aūt ⁊ imperfectius organū male diſpoſituz. ergo ſimiliter intellectus ſubtilior ⁊ acutior melius apprehendit ⁊ ſubtilius intelligibilia. hebes vo tardius ⁊ minus perfecte. ¶ Ad 4ᵐ dicendum. ꝙ concludit pro inconuenienti: ſi anima eſſet compoſita ex materia ⁊ forma. ꝙ forme indiuiduales reciperentur in ea. Dicendum ꝙ nō eſt incōueniens: imo hoc eſt neceſſariū: neceſſe eſt enim actum ſiue accidens indiuiduari per ſuū ſubiectuz. Si ergo anima intellectiua eſt indiuiduū vnū numero. vel ad minus hic homo neceſſe eſt ꝙ omne accidens qđ eſt in hoc homine vel in hac anima ſit idiuiduū. Cum ergo omnis forma intentionalis recepta in intellectu huius hominis ſit accidens neceſſario erit ſingularis aliquo reſpectu. Unde dicendū eſt ꝙ ſicut dicit Auicēna 2° metaph. cap. vi. hec autem forma. ſ. vniuerſalis in cōparatione indiuiduorum eſt vniuerſalis. in cōparatiōe tamen anime ſingularis in qua imprimitur eſt idiuidua.

Reſpōſio ad hec ſcōm Thomā.

¶ Hec omnia que iſti dicunt cōtra Thomaz garrientes in ꝓpoſito patent manifeſte friuola eſſe ⁊ falſa: per ea que dicta ſunt. ſ. circa compoſitionem angeli. ſ. arti. x. vnde ad preſens iſta pretereo.

ARticulus vigeſimusnon⁹. Itē. q. lxxv. arti. vltimo in reſpōſione pricipali dicit. ꝙ in ſubſtantijs ſeparatis incorporeis nō eſt diuerſitas ſm numerum abſqꝫ diuerſitate ſm ſpeciem. ⁊ abſqꝫ naturali inequalitate qꝛ non ſunt compoſite ex materia ⁊ forma: ſed ſunt forme ſubſiſtētes. Unī manifeſtū eſt ꝙ neceſſario erit in eis diuerſitas ſm ſpeciē. Nō enim pōt intelligi ꝙ aliqua forma ſeparata ſit niſi vna vnius ſpeciei. ſicut ſi eſſet albedo ſeparata. nō poſſet eſſe niſi vna tm̄. Et idem ſequeretur ſi huiuſmodi forme eſſent compoſite ex materia ⁊ forma. Si eniz materia huiuſmodi ſeparet a materia illius. neceſſe eſt vel ꝙ materia ſit pncipium diſtinctionis materie. vel ꝙ materie ſint diuerſe per habitudinem ad diuerſas formas. ⁊ tunc ſequeretur adhuc diuerſitas ſm ſpēm: ⁊ inequalitas nature. vel ſi materia ſit pncipiuz diſtinctionis formaruz: nō poterit dici hec materia alia ab illa niſi ſm diuiſionem quantitatiuā. qđ nō habet locuz in ſubſtātijs incorpeis: cuiuſmodi ſunt angeli ⁊ anima.

Corruptorium. ¶ Poſitio iſta duo continet falſa. Unum eſt ꝙ in ſubſtātijs ſepatis nō pōt eſſe diuerſitas ſm numerum abſqꝫ diuerſitate ſm ſpeciem. Aliud falſum de exemplo qđ ponit ꝙ ſi albedo ſeparata eſſet non poſſet eſſe niſi vna tm̄. Qꝛ primū ſit falſum: patet per auctoritatē Joan. dam̄. in logica ſua. cap. xviij. qui ita dicit. Gabriel cuz ſancta dei genitrice diſputat: vnus angelorum exiſtens illic preſens: ſeparatus a conſubſtantialibus angelis: per eaz que in loco eſt preſentiam ⁊ diſpoſitionem vel diſputationē. Si ergo ſunt conſubſtantiales. ergo eiuſdem ſpeciei. Idem eodem lib°. cap. xi. dicit. ꝙ eximiores philoſophi materiā vocaueruntt ſpeciem ſpecialiſſimā: vt angelū. hominē. equuz. Et eodē capͦ parū infra. Sancti aūt patres dimittentes multas contentioſas garrulitates cōmune quidē vel de multis dictū. i. ſpeciem ſpecialiſſimā. ⁊ mām ⁊ formā vocauerunt: vt angelū. hominē. equuz ⁊ talia. ¶ Itē. hoc derogat diuine potentie. In his enim que ſoli poteſtati diuine ſubiecta ſunt idē eſt dicere hoc vel hoc nō poſſe eſſe ⁊ dicere. ꝙ deus nō poteſt hoc vel illud facere. Unde cū ſolius dei ſit pducere ſubſtātias incorporeas: ⁊ dicere ꝙ nō poſſunt eſſe plures numero: eſt dicere ꝙ deus nō pōt hoc facere. qđ dicere eſt temerariū. Exemplū qđ ponit de albedine dicens. Si eſſet albedo ſeparata: nō eſſet niſi vna tm̄: falſuz eſt. ⁊ nihilominus derogat fidei chriſtiane circa ſacramentū altaris. firmiter enim credit ibi eſſe albedo ſeparata. ⁊ tamen multe ſint in multis altaribus ipſius ſacramenti. Reſponſio etiā quā pro ſe adducit ita ſolui poteſt. Angeli aūt ſunt forme ſingulares per ſe ſubſiſtentes: aut ſunt compoſiti ex materia ⁊ forma. Si ſunt forme ſimplices: tunc oportet in eis eſſe diuerſitatem ſm ſpeciē. Non enim poteſt intelligi ꝙ ſit alia forma niſi vna vnius ſpeciei. Dicēdū lz hoc videat ſm philoſophiā: tamē ſm nos fallit in ſacramēto altaris per potentiā diuinaz in forma ſacratiſſimi panis ⁊ vini poſt tranſubſtantiationē. Et cū addit in ſuo argumēto. ꝙ idē ſeqtur. Si angeli ſint cōpoſiti ex mā ⁊ forma: aut eniz ait mā vni⁹ diſtiguit a mā alteri⁹ ꝑpter hitudinē ad diuerſas formas. ⁊ tūc ſeqt diuerſi-

tas ſm ſpeciem.aut materia vnius diſtinguitur a mate-ria alterius per diuiſionem quantitatiuaꝫ ipſius materie: ſed hoc nõ habet locum in ſubſtantijs incorporeis que nõ habent materiã corporalem. Poſſet dici qui vellet ad herere opinioni Boetij in libro de trinitate ⁊ Porphyrio in libro ſuo.⁊ Ioan.dam.in logica ſua ca.xi.⁊.xxxv.ꝙ ſup ponit falſum.ſ.ꝙ cauſa multiplicationis indiuiduoꝝ ſub vna ſpecie ſunt accidentia ⁊ varietas accidentiuꝫ.tamen quia opinio predicta de cauſa indiuiduatiõis.nõ tenetur cõmuniter. Poteſt aliter dici ſcilicet ꝙ diuiſio quam ipſe ponit eſt inſufficiens.ſupponit enim ꝙ opꝫ materiã ſpiri tualiuꝫ ad hoc ꝙ poſſit eſſe cauſa indiuiduationis ⁊ mul tiplicationis indiuiduoꝝ ſub vna ſpecie.vel habere diuer ſas habitudines ad diuerſas formas:vel habere diuiſio-nem in partes quantitatiuas. Nos aũt dicimus ꝙ neutꝝ oportet.ſed eſt tertiũ qđ ſufficit.ſ.ꝙ eadem materia tota indiuiſibilis poſſit multiplicari ſm numeruꝫ.⁊ fieri mul-tiplex actu.ſicut vnus punctus idiuiſibilis põt fieri infini ti puncti:ſicut patet imaginanti diuerſas lineas cõtingen-tes ſe in centro circuli ſeparatas abinuicẽ ſupra centruꝫ. Conſtat enim ꝙ centrum vbi ſe cõtingebant nõ fuit niſi punctus vnus.⁊ tamen qñ ſeparantur abinuicẽ:quelibet linea habet punctum terminũ.hoc eſſe nõ poſſet niſi vnꝰ punctus eſſet multi:ſic autem imaginamur de materia ſpirituali incorporeaꝝ ſubſtantiaruꝫ ꝙ nõ diuidatur per partes quãtitatiuas.ſed ꝙ tota multiplicetur.vel ſm nu-merum indiuiduorum numeretur.

Reſpõſio ad hec ſcđm Thomã.

❡ Hec omnia patent eſſe friuola ⁊ falſa per ea que dicta ſunt ſupra.q.xi.qualiter plures angeli prout docet Tho. nõ poſſunt eſſe vnius ſpeciei.vnde etiam nunc iſta vtpo-te prius ſoluta pretereo.

ARticulus trigeſimus. Itẽ.q.lxxvi.art. 2ᵒ.in reſponſione p̃mi argu-menti dicit.ꝙ lꝫ anima nõ habeat materiam ex qua fiat ſicut nec angelus.qꝛ tamen eſt for-me alicuius materie.ſ.corporis qđ nõ eſt an-gelus:adeo ad diuiſionem materie ſunt vnius ſpeciei mul te anime.ſed nõ poſſunt eſſe multi angeli vnius ſpeciei.

i **Corruptorium.** ❡ Ex hoc videtur ſequi du-plex error. Primus.ꝙ ſit in-tellectus vnus oĩum vel anima intellectiua.nam ſm phi loſophum in cauſis imediatis ita eſt.ſi affirmatio eſt cau ſa affirmationis negatio erit cauſa negationis. ergo ſi in-firmatio diuerſorum corporuꝫ eſt cauſa multiplicationis imediata.oportet ꝙ ſeparatio eaꝝ a corporibus ſit cauſa

ꝯᵐ.5. vnionis earũ.⁊ ſic redit error Auerrois ſuper 3ᵒ de aĩa.ſ.

z ꝙ ſaltem poſt mortem eſt vnitas animaꝝ. ❡ P̃. anima ſm ꝙ eſt corpori vnibilis eſt ens naturale.vñ ſic pertinet ad conſiderationẽ naturalis.lꝫ non ſm ꝙ eſt ſeparabilis. ergo ꝓprietates que conueniunt animalibus ſm ꝙ cor-poribus vnibiles ſunt:conueniunt eis ſm ꝙ res natura-les ſunt.ſed vnitas ⁊ multitudo vel vnum ⁊ multũ.com-munitas ⁊ indiuiduatio ſiue cõmune ⁊ indiuiduum:ſiue vniuerſale ⁊ particulare nõ ꝯueniunt alicui enti.niſi ſm ꝙ eſt ens ſimplr.⁊ ideo pertinet ad conſiderationem me taphyſici.ergo indiuiduatio ⁊ ſingularitas nõ conueniũt anime ſm ꝙ vnibilis vel vnita eſt corpori. ❡ Si dicas. ꝙ anime ſeparate diſtinguanꝭ ⁊ indiuiduenꝭ vnibilitate vel aptitudine vniendi ad tale corpus. ❡ Contra.eſſe di-ſtinctũ vel indiuiduatũ eſt eſſe actuale:vnitas ⁊ aptitudo vniendi dicit potentiam vel aliquid ad minus in poten-tia.quia dicit diſpoſitionem quandaꝫ eſſentie anime:que diſpoſitio naturali ordine precedit potentiam anime. po-tentia autem nõ dat eſſe actuale.ergo illa vniendi aptitu do nõ dat anime ſeparate eſſe indiuiduatum.ergo adhuc ſtat error iſte.ſ.ꝙ ſaltem poſt mortem eſt vnus tñ intel-lectus:vel anima intellectiua. ❡ P̃. vnibilitas ad corpus eſt anime naturale.ergo eſt eadeꝫ apud omnes.ergo vni-bilitas ad corpus hoc determinate nõ eſt naturalis huic anime determinate.qꝛ ſi ſic.tunc natura non eſſet eadem apud omnes ſiue naturalia nõ eſſent eadeꝫ. Reſtat ergo ꝙ vnibilitas ad corpus ſimpliciter:nõ quia hoc vel illud: anime eſt naturalis.ergo cum hoc cõueniat omni anime eodem mõ:nõ põt hoc eſſe cauſa indiuiduationis. ❡ Se-cundus error eſt:ꝙ deus nõ poteſt facere plures angelos eiuſdem ſpeciei:qꝛ in eis quorum eſſe ſpectat ſoluꝫ ad ope rationem diuinam:idem eſt illud nõ poſſe eſſe.⁊ deuꝫ nõ poſſe illud facere.ꝓductio autem angeloruꝫ ad eſſe:ſicut ⁊ multiplicatio in numero vel in ſpecie ſpectat tñ ad di-uinam potentiam vt dictum eſt.

Reſpõſio ad hec ſcđm Thomã.

❡ Ex dicta poſitione nullus ſequitur error. ❡ Primuꝫ enim erroreꝫ ipſius Auerrois.ꝙ vnus ſit intellectus oĩuꝫ hominũ:deſtruit Thomas in reſponſiõe p̃ncipali huius arti.⁊ alibi multipliciter:imo nemo melius. ❡ Ad p̃ᵐ er-go argumentũ dicendũ ſicut Thomas dicit.ꝙ vnũquodqꝫ eodẽ mõ habet vnitatẽ quo hẽt eſſe.⁊ per ꝯñs idẽ eſt in-diciũ de multiplicatione rei ⁊ de eſſe ipſius. Manifeſtũ eſt autẽ ꝙ anima intellectiua ſm ſuũ eſſe vnitur corpori ſicut forma:⁊ tamẽ deſtructo corpore remanet anima in-tellectiua in ſuo eſſe.⁊ eadem rõne multitudo animarum eſt ſm multitudinem corpoꝝ.⁊ tamen deſtructis corpo-ribus remanent anime in ſuo eſſe multiplicate. O ſi iſti verba Thome in reſponſione ad 2ᵐ argumentum huius arti.(qđ ipſi opponendo p̃mo recitant)bono oculo reſpe-xiſſent vtiqꝫ ori ſuo digituꝫ impoſuiſſent. ❡ Quod enim dicunt.ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis.per hoc patet eſſe nimis infirmũ:procedit eniꝫ ac ſi anime intellectiue haberent eſſe a corporibus.ſic enim ſequeretur ꝙ deſtru ctio illis periret eſſe earum.qđ falſum eſt.immo eſſe qđ a deo creante in corporibus formatis recipiunt perpetue re tinent:⁊ ſicut eſſe ſic ⁊ multiplicationem:prout patet ex verbis doctoris egregij ſupra poſitis. ❡ Ad 2ᵐ dicendũ. Ad 2ᵐ ꝙ anima intellectiua cũ ſit forma corporis:per ſuaꝫ eſſen tiam vnitur eidem.⁊ in ipſo vtpote in propria materia re cipit eſſe indiuiduatũ in ſui creatione a deo.⁊ in ipſo mul tiplicato recipit eſſe indiuiduatuꝫ multiplicatum.⁊ certe ad metaphyſicum magis q̃ ad philoſophũ pertinet conſi deratio de anima intellectiua inquantũ ſic per eſſentiam ſuam eſt corpori vnibilis vt eius forma eſſentialis.lꝫ ad phyſicum pertineat conſideratio de anima ratione corpo ris mobilis:cuius ipſa eſt actus ⁊ motor. Nec debet dici (ſicut ex dictis patet)ꝙ vnibilitas anime det ei eſſe actu diſtinctum vel actualiter multiplicatũ.vel ꝙ ipſa ſit cau ſa indiuiduationis eius.immo ꝙ ipſa que per ſuam eſſen-tiam eſt vnibilis eſſe actu diſtinctum ⁊ multiplicatum a deo accipit in ſui creatione:in corporibꝰ formatis. ⁊ ſicut anima eſt vnibilis corpori naturaliter:ita iſta anima huic corpori.Sicut enim riſibilitas eſt ꝓprietas naturalis ho-minis:ita iſta huius hominis. Hoc dixi pro illa cauillatio ne ad ſuam reſponſionẽ ꝓpriam:que paruꝫ valet. ❡ Qđ autem iſti vocant ſcđm errorem.ſ.q.xi. demonſtratũ eſt eſſe verum.ponere enim duas formas omnino ſeparatas non formatas ſed ſolo numero differre includit contradi ctionem.ſ.ꝙ ſint due.⁊ ꝙ non ſint due.Dicere autẽ deuꝫ nõ poſſe facere ea que ſunt huiuſmodi in nullo derogat ſue omnipotentie:ſicut patet cuilibet intelligenti.

Articulus

ARticulus trigeſimuſprimus. Iteꝫ.q.
lxxvi.arti.3° in reſponſione
principali dicit.ꝙ in hoīe eſt tm̄ vna forma
ſubſtātialis.ſ.aīa intellectiua que hō eſt aīal
vegetabile corpus. Qđ probat primo ſic in li
bro de eccleſiaſticis dogmatibꝰ. Neqꝫ duas aīas dicimus
eſſe in hoīe: ſicut Jacobus ⁊ alij heretici ſcribunt vnā ani
mā que corpus viuificat ⁊ qua animat corpus: ⁊ immixta
ſit ſanguini ⁊ aliā ſpiritualē que rōnē miniſtret. ſed dicimꝰ
vnā ⁊ eandē eſſe in hoīe que ⁊ corpus ſua ſocietate viuifi
cat: ⁊ ipſum ſua rōne diſponit. ¶ Et arguit ſic. Sicut hō
eſt in genere animalis: ita eſt in genere corporis animati: ⁊
corporis ⁊ ſubſtātie. Sed per vnā ⁊ eandē formaꝫ que eſt
aīa eſt hō ⁊ aīal. vt ex ſupradicta auctoritate patet. ergo
ex eadē rōne per vnā ⁊ eandē formā collocatur in generi
bus ſuperioribus ⁊ ſic nō preexiſtit ante animā aīalis for
ma in materia. ¶ Secūdo ſic. Nihil eſt ſimplr̄ vnū niſi
per formā vnā per quā res habet eſſe. eſt aūt hō ſimplici
ter vnū. ergo tm̄ habet vnā formā. ſ. animā. ¶ Tertio ap
paret hoc impoſſibile ex mō predicationis. Que enim ſu
munt a diuerſis formis pdicant de ſe inuicē vel per acci
dens ſi forme adinuicē nō ſunt ordinate. vt album ⁊ dul
ce. vel ſi forme ſint adinuicē ordinate: tunc eſt predicatio
per ſe ſcđo mō dicendi per ſe. ergo ſi alia ſit forma qua di
catur animal: ⁊ alia qua dicat homo. ſequit vnū predicto
rū. ſ. ꝙ vel eſt predicatio per accidēs. ſi he due forme non
ſint ordinate adinuicē. vel ꝙ ſit predicatio per ſe ſcđo mō
per ſe ſi vna eaꝝ ſit preambula ad alterā. vtrūqꝫ aūt iſto
rum manifeſtū falſuꝫ eſt: qꝛ animal predicat de homine
per ſe: nō per accidens. hō enim nō ponit in diffinitione
animalis ſed econuerſo. Oportet ergo eandeꝫ formā eſſe
per quam aliquid eſt animal. ⁊ per quā aliquid eſt homo.
alioquin hō nō eſſet vere vnū. nec aīal per ſe de homine
predicaretur. Quarto apparet hoc eſſe impoſſibile ex hoc
ꝙ vna actio anime cū fuerit intenſa impedit aliā qđ nul
lo modo contingeret: niſi pncipiuꝫ actionis eſſet per eſſen
tiam vnū. ¶ P̄. 2° de anima cōparat phūs huiuſmodi di
T.p''.3i uerſas animas ad diuerſas ſpecies figurarū. quarum vna
continet aliā: ſicut pentagonū cōtinet trigonū ⁊ excedit.
Sic igit anima intellectiua habet in virtute qcqđ habet
ſenſitiua brutoꝝ. ⁊ anima vegetatiua ſiue nutritiua plan
taruꝫ. ſicut igitur ſuperficies que habet figuram pentago
nā: non per aliā figuram eſt pentagona: ⁊ per aliā tetrago
na. qꝛ ſuperflueret tetragona. ex quo in pentagona conti
netur: ita nec per aliā formā eſt aīal: ⁊ per aliaꝫ homo. ſed
per vnaꝫ ⁊ eandem. ¶ P̄. In reſponſione quarti articuli
dicit. ꝙ ſi alia forma ſubſtantialis in homine precederet
animam intellectiuā: anima nō daret eſſe ſimplr̄: ſed ſm̄
quid. Nec per eius acceſſum ⁊ receſſuꝫ corpus generaret
⁊ corrumperet ſimplr̄: ſed ſolū ſm̄ quid: que ſunt manife
ſte falſa. ergo opꝫ ꝙ ſicut aīa ꝯtinet virtute ſua vegetatiuā
⁊ ſenſitiuā: ita etiā virtute ſua cōtineat oēs alias formas ſu
periores. ⁊ ita in hoīe facit qcqđ aīe ꝑfecte faciūt in alijs.

Corruptorium.

¶ Hec poſitio de vnitate for
me ſubſtantialis reprobatur
a magiſtris. Primo: qꝛ ex ipſa ſequuntur plura ꝯria fidei
catholice. Scđo quia ꝯtradicit philoſophie. Tertio quia
1 repugnat ſacre doctrine ⁊ ſcripture. ¶ Primū patet. qꝛ fi
des ponit ꝙ vnū eſt corpus numero qđ filius dei ſumpſit
de virgine: qđ virgo peperit. qđ in cruce pependit viuum.
⁊ idem fuit mortuuꝫ in patibulo. ⁊ ſepultum in triduo. ſi
autem illius corporis chriſti nō fuiſſet alia forma ſubſtā
tialis ꝙ̄ anima intellectiua poſtq̄ꝫ illa fuit ſeparata vel re
manſit materia prima ſola vel alia forma ſubſtantialis
fuerit introducta. ¶ Ex quibus ſequit ꝙ nō fuit ideꝫ nu
mero in patibulo ⁊ ſepulchro. Si enim remanſit ſola ma
teria prima nō erat corpus. ergo nec idem corpus nume
ro. Materia enim pma nō eſt corpus. ¶ P̄. ex hoc ſequū
tur multa contra fidē de corpore chriſti mortuo. ſ. ꝙ non
fluxiſſet ex eo ſanguis ⁊ aqua. cuius contrarium oſtendit
euangelium Jo. xix. ¶ Item quantū nō fuiſſet. qꝛ ma
teria pma nō habet ſitum de ſe nec locum. ¶ P̄. materia
pma nec eſt grauis nec leuis. Corpus aūt chriſti in triduo
fuit graue: ⁊ multa ſequuntur incōuenientia. ¶ Si vo di
catur. ppter hoc ꝙ alia forma ſubſtantialis virtute celi ſit
introducta. ſequitur ꝙ viuū ⁊ mortuū nō fuit ideꝫ nume
ro. vbi enim eſt alia forma ſubſtantialis: ibi eſt aliud cor
pus. ergo in triduo nō fuiſſet corpus qđ aſſumpſit. ¶ P̄. 2
fides ponit. ꝙ in ſacramento altaris totus panis cōuerta
tur in totū corpus chriſti. Si ergo in vero corpore chriſti
nō eſt: niſi materia pma ⁊ anima cum panis nō conuerta
tur in animā. quia corpus non conuertitur in ſpiritum. ſe
quitur ꝙ panis conuertitur in mām primā. qđ eſt contra Matt.
fidem. ⁊ cōtra illud verbū domini. Hoc eſt corpus meū: ⁊ 26.
nō dicit: hoc eſt materia mea. ¶ P̄. fides ponit ꝙ omnes a 3
lij a chriſto cōtraxerunt originale peccatū: non ex hoc ꝙ
anima ſit peccatrix vel cauſa originalis peccati: ſed ipſa
munda creata a deo ex vnione ad carnē: ex primis paren
tibus introductā naturali ppagatione. ⁊ in ipſis origina
liter infectā nō ex vnione ad materiā pmam. Si ergo in
homine nō eſſet niſi anima ⁊ materia pma ex parte aīe:
nō poteſt cōtingere peccatū originale. quia nec fuit in pri
mo parente. nec deus creando dat anime originale pecca
tū. qꝛ tūc anteq̄ꝫ fuiſſet peccatū actuale Ade fuiſſet in eo
peccatū originale. ⁊ etiā vbicūqꝫ fuiſſet mā pma ibi fuiſ
ſet originale peccatū. qđ falſum eſt. ſequitur ergo ꝙ in ho
mine nō eſſet peccatū originale nec fuit ſi vna forma ſo
la eſt in homine: ſcilicet anima intellectiua. ¶ Secundo 4
reprobatur. qꝛ cōtradicit philoſophie ſi ſola anima intel
lectiua immediate eſt perfectio materie pme: tunc in ho
mine nō eſſet forma animalis nec mixti. de quibus phi
loſophia multa dicit ⁊ ſcribit. ⁊ ſic ceſſabit ſtudiū medici
ne. ¶ P̄. forma vna ⁊ eadē numero dabit eſſe corporale 5
⁊ ſpirituale. ⁊ per cōſequens ſimul erit corporalis ⁊ ſpūa
lis. ¶ Itē ꝙ materia ſit grauis ⁊ leuis: ⁊ ꝙ habeat corpus 6
ab anima. qđ ſit graue ⁊ leue: ⁊ nō ab elemento dominan
te in corpore. ¶ Itē qꝛ repugnat ſacre ſcripture Joan. 3°. 7
Soluite templū hoc: ⁊ in triduo reedificabo illud. Et ſeq
tur. Hoc aūt dicebat de templo corporis chriſti. Conſtat
aūt ꝙ idem corpus numero ſupponitur cū dicit hoc: ⁊ de
monſtratur. cum dicit illud. per ly hoc aūt demonſtratur
corpus chriſti viuū. ⁊ per ly illud mortuū: dū fuit ſine ani
ma ⁊ idē numero. qđ nō eſſet veruꝫ ſi nō eſſet in corpore
chriſti alia forma ſubſtātialis preter animaꝫ. ergo plures
forme ſubſtantiales fuerūt in corpore chriſti ⁊ in alijs. qꝛ
vnitus nature fuit homo nobiſcū. Unde Anſelmus mono
lo. xvij. ca. cū aliquis homo dicatur corpus ⁊ rationalis ⁊
hō: nō vno mō ſed alia rōne hec dicunt: ſm̄ aliud aūt eſt
corpus: ⁊ ſm̄ aliud eſt rōnale. ¶ Et Augꝰ libꝰ retractatio
nū. ca. lviij. Illud quoqꝫ temere dictū eſt a ſumma eſſen
tia ſpeciē tribui corpori per animaꝫ que eſt qua quantuꝫ
eſt ⁊ qua corpus eſt. Corpus ergo per animā ſubſiſtit: ⁊ etiā
in eo ipſo quo animat: ſiue vniuerſaliter vt mundus. ſiue
particulariter: vt qđcūqꝫ animal. Hoc quoqꝫ totum pror
ſus temere dictū eſt. His ergo vbis retractat Augꝰ qđ di
xerat de imortalitate aīe. Si ergo dictū eſt temere ꝙ aīa
det ſpēꝫ corpalē. i. formā que eſt in quocūqꝫ eē. ⁊ hoc dicit
pdicta poſitio. Reſtat per Augm ꝙ temere dixerit. ¶ Sꝫ
ꝯtra hoc videt eē qđ dixit in. q. 86. ar. 5. in reſpōe. q. Si aīa
eſt cōpoſita ex mā ⁊ forꝰ: nullo mō poſſet dici mā corpis

cuꝫ materia nullius ſit forma. ¶ Reſponſio: dicendū ſicut ponimus virtutē aīe ſenſitiue perficere materiaꝫ groſſiorē mediante corpore ſubtili qḋ eſt ſpiritus: qui eſt delatiuus huiuſmodi virium vt vult Aug^{9} in libro de differētia ſpiritus ⁊ anime. ita ponimus formaꝫ aīe intellectiue primo perficere mām ſuā ſpiritualē. ⁊ mediante hac materiā ſuā corporalē. Dico ergo ꝙ materia aīe nō eſt forma corporis: ſed mediāte ipſa anima informat corpus. ¶ Ad p^{m} ergo dicenduꝫ. ꝙ in vno corpore eſt vna aīa que corpus viuificat ⁊ ratione diſcernit. verū eſt. ſ. ꝙ eſt vna rōnalis que totū complet ⁊ perficit. Sunt aūt alie due que ſūt incomplete que dant eſſe incompletum corpori humano qḋ perficiť ⁊ completur adueniente aīa rōnali. Unde ꝙ quidam dixerunt tres animas eſſe in hoīe loco diſtantes. vnam in epate. aliam in corde. aliaꝫ in cerebro: forte eos mouit ꝙ anima actiones quas nō pōt exercere ſine corpore facit mediantibus ſpiritibus. ⁊ iō vnam ponebāt in epate que per ſpiritus naturales facit operationes naturales. Et aliā in corde: que per ſpiritus vitales facit operationes vitales. Aliā in cerebro: que per ſpiritus animales facit operatiōes animales. Alij aūt qui ponebāt duos ſpiritus tm̄. ſ. vitales ⁊ animales: tm̄ duas animas poſuerūt. vnam in corde: aliā in cerebro. volentes eā que eſt in corde facere per ſpiritus vitales operationes vitales. ⁊ etiam illas quas nos nūc dicimus naturales. Poteſt ergo dici ꝙ nō debent poni due anime eo modo quo illi poſuerūt. Uel poteſt dici. ꝙ vegetatiua. ſenſitiua ⁊ itellectiua ſunt tres forme. que cum ſe habent ſm̄ eſſe completum ⁊ incōpletū ſm̄ potentiā ⁊ actū conuenientes quo ad eſſentialeꝫ vnitatē. ideo eas plures animas nolūt dicere ſed vnā. ¶ Uel pōt dici ad illud primū ⁊ forte melius. ꝙ nō concludit ꝙ in hoīe ſit tm̄ vna forma ſubſtātialis. ſed tm̄ vna aīa qḋ plures cōcederent. ⁊ de hoc non eſt modo queſtio. Adhuc pōt dici. ꝙ liber eccleſiaſticoꝝ dogmatū totus eſt editus contra diuerſas hereſes ſicut patet inſpiciēti libri ꝓceſſuꝫ. Unū cap^{m} allegatū nō intēdit negare in hoīe animam vegetatiuā. ſenſitiuā ⁊ intellectiuā ſiue rōnalē ſicut philoſophi poſuerūt. Si enim hoc negare itendiſſet: nunq̄ dixiſſet. neqꝫ tres aīas in hoīe eſſe dicimus. imo poti^{9} neqꝫ duas animas eſſe in hoīe dicimus. Unde dōm ꝙ intēdebat negare duas aīas in hoīe: ſicut heretici poſuerūt. forte ſicut Maſſabei. de q̄bus Jo. dam̄. libro de hereſib^{9} cap̄. xlviij. dicit ꝙ iter multos errores eoꝝ iſte fuit vnus. ꝙ opꝫ hoīeꝫ poſſidere duas aīas. vnā cōmunē oībus. aliā ſupercęleſtē. Signū aūt ꝙ cōtra illā hereſim dictum ſit iſtud videť eſſe. ꝙ ca. 3. dicit. Neqꝫ duas animas in hoīe eſſe dicimus: ſicut Jacobus ⁊ alij Syroꝝ ſcribūt. Dama. aūt de ſupra dicta hereſi dicit. Ita manifeſtata hac egritudine a ſyria eiecti ſunt: in Pamphiliaꝫ aūt receſſerunt. ¶ Ad 2^{m} dicendum. ꝙ quelibet iſtaꝝ formaꝝ dat aliqḋ eſſe. ſed ſicut prima forma eſt in potentia ad ſecundā cōpletiuā ipſius. ita eſſe qḋ dat pͥma forma eſt incōpletuꝫ. ⁊ in potētia ad eſſe cōpletū. pluralitas ergo formaꝝ nō eſt cōtra vnitatem cōpoſiti eſſentialeꝫ. niſi ſint tales que nō ſe habent ſm̄ eſſe incompletū ⁊ cōpletū: ita ꝙ nō poſſint conuenire ad aliquā vnitatē eſſentialem. ¶ Ad 3^{m} dōm. ꝙ hic: hō eſt aīal: eſt predicatio per accidens ⁊c̄. Dicēduꝫ ꝙ non opꝫ: forme enim ordinate que predicanť adinuicē ſunt duplices. quedam enim ſunt accidētia illi ſuppoſito que predicanť de ſe inuicē ꝑdicatione accidētali. ſicut cū dicitur. ſuperficies eſt colorata: ⁊ qꝛ nec ſupficies eſt de eēntia ſubiecti: nec coloratū reponiť in ſpecie cōpleta per colorē qui accidit ei. Alie aūt forme ſunt de eſſentia ſuppoſiti: ratione cuius de ſe inuiceꝫ predicanť. etiā in cōcretione vbi nequaq̄ eſt predicatio accñtalis. ¶ Ad 4^{m} dōm. ꝙ actio vnius potētie intenſa nō īpediret aliā: niſi eſſent fundate in eadeꝫ eſſentia. Dico ꝙ hoc nō opꝫ. imo potius ꝙ ille eſſentie nālem ⁊ eſſentialem habent colligantiam. ¶ Itē potentie illis correſpondētes impedire ſe poſſunt in ſuis actionibus ⁊ paſſionibus corporis. ⁊ corpus cōpatitur anime. ⁊ ſequiť eā in ſuis actionib^{9} quas illa hēt: nō ꝓpter fundationem in eadē eſſentia: ſed ꝓpter vnionem adinuicē vt perfectio ⁊ perfectibile. ⁊ ſic eſt de aīa vegetatiua. ſenſitiua ⁊ intellectiua in hoīe. Exempluꝫ ad hoc. ſi lignum graue cū leui ponať ⁊ imergať: videtur ꝙ graue cuius eſt motus deorſum impedit actionem leuis: multo magis hoc fieret. ſi vnū eſſet alteri colligatū nāliter. Unū Auicenna. vi. naturaliū pte. 2^{a} cap̄. 7°. ita dicit. Quelibet virtus ſi nō haberet in quo cōiungereť alteri: nō ꝓhiberet alterā virtutē ab opatione ſua. ſ. ſi inſtrumentūꝫ non eſſet cōmune: nec aliqḋ aliud in quo ꝯiungereť eſſet cōmune. ¶ Ad 5^{m} argumentū de ſimilitudine ad figuras dicendū. ꝙ ſimilitudo nō debet intelligi in oībus ſed in aliquo ⁊ in aliquo nō. eſt enim in hoc ſilitudo. ꝙ ſicut pentagonū nō habeť niſi p̄us habitis quattuor angulis: ſic intellectiua nō habeť niſi prehabita vegetatiua ⁊ ſenſitiua. ¶ Iteꝫ ſicut pentagonū p̄ſupponit ante ſe tetragonū in potentia ⁊ ſub eſſe incompleto. ſic intellectiuuꝫ ſupponit ante ſe vegetatiuū ⁊ ſenſitiuū in potētia ⁊ ſub eſſe incompleto. Sed diſſimilitudo eſt in hoc. ꝙ illi quattuor anguli quos ſupponit pentagonū ⁊ tetragonuꝫ ſub eſſe incōpleto ſunt de eſſentia pentagoni qui eſt cōpletuꝫ. vegetatiua aūt ⁊ ſenſitiua nō ſunt de eſſentia intellectiue. ¶ Ad 6^{m} dicendū cū dicit. ꝙ aliter intellectiua non daret eſſe ſimpliciter. Dicendū ꝙ ſi per eſſe ſimpliciter intelligat totuꝫ eſſe qḋ eſt in cōpoſito: verū eſt ꝙ nō dat illud eſſe totū qḋ dať per formas precedentes: ſed eſſe qḋ dat eſt cōpletiuū ⁊ perfectiuū oīum formaꝝ p̄cedētiū ⁊ eſſe illaꝝ formaꝝ. Si autem intelligať eſſe ſimplr ſm̄ ꝙ diuidiť ex oppoſito cōtra eſſe qḋ dat accidēs: ſm̄ quē mō dicit phs. p̄ de generatione. ꝙ qn̄ generať ſuba diciť gn̄atio ſimplr. ſ. 2^{di}. 20. Dico ꝙ ſic forma intellectiua dat eſſe ſimplr. qꝛ ſicut forme precedētes erāt in potētia ad illā tanq̄ ad eſſentiale complementū: ſic etiā eſſe formaꝝ p̄cedentiū ad eſſe eius. ⁊ ideo in aduentu forme cōpletiue eſt generatio vera vel generationis eſſentiale cōplementū. q̄ntus nō ſit generatio vera in aduentu forme accidentalis.

Reſpōſio ad hec ſcōm Thomā.

¶ Multifarie multiſq̧ modis magiſtri ⁊ multi circa vnitatē forme ſubalis eiuſdē rei laborauerūt. Quidā iſtā vnitatē īpugnātes. alij vō ecōuerſo rōnibus ⁊ auctoritatibus phoꝝ ipſaꝫ declarātes. Noſtra aūt intētio in ꝓpoſito erit oſtendere. ꝙ nullū incōueniens vel hereſis ſequiť ex iſta poſitione. ⁊ ꝙ iſti per ſua reſponſa ad argumēta Thome que pro ipſo faciunt nō euadunt. ¶ Ad p^{m} argumentum rñdet Thomas in vltima pte ſūme dicēs. ꝙ corp^{9} viuū ⁊ mortuū eſt idē numero ſimplr. put ſimplr diciť qḋ nullo addito diciť. i. abſolute. ⁊ hoc eſt ꝓpter vnitatē ſuppoſiti diuine pſone ſiue vbi quo ſubſiſtebat. non tñ fuit idem ſimplr put ſimplr dicit idē qḋ totaliter. tūc enim nō fuiſſet mutatū. nec per cōſequens mortuū. qḋ hereticū eſt dicere. Et lꝫ corpus ſit ſic mutatū per mortē: nō ſequiť ꝙ in morte nouā nām aſſumpſerit. tū qꝛ illa forma ſubalis in morte inducta nō eſt per ſe aſſumptibilis. tū qꝛ natura ſic fuit in p̄ncipio incarnationis aſſumpta videlicet mutabilis ac mortalis tandem per mortē mutanda. ⁊ per gloriā reſurrectionis reparanda. Ad hoc poſſunt plura exempla adduci. Ecce doliū plenū vino. pono ꝙ vinū illud mutať in acetū. doliū nō de nouo ipleť: ſꝫ rōne p̄me impletiōis

Ad p^{m}

continet

continet acetuꝫ de nouo generatū. In quod cōtentum ſuū
primū eſt trāſmutatū. ſic verbū rōne prime ſuſceptionis
humani corporis: illud in qđ corpus prius ſuſceptū in mor
te eſt mutatū in vnitate pſone retinuit ſibi vnitū. ¶ Ali
ud exēplū familiare ad idem poteſt eſſe iſtud. Pone ali
queꝫ indutū laneo indumēto: qđ tranſmutetur diuinitus
in lineū. ⁊ iterū a lineo in laneū. iſte propter iſtas plures
trāſmutationes nō diceret̃ pluries indutus: ſed per vnicā
indutionē haberet indumētū pluries mutatuꝫ. ſic dei fi
lius qui ſm Apl'm habitu vt homo inuētus eſt: carnē hu
manam in ſua incarnatione ſemel induit: que poſtea per
mortē fuit mutata: ⁊ tādē per reſurrectionē reparata. Fu
it ergo corpus chriſti viuū ⁊ mortuum vnum ⁊ idem nu
mero propter vnitateꝫ ſuppoſiti quo ſubſiſtebat. Nec de
bet dici chriſtus de nouo īcarnari vel corpi de nouo tunc
vniri: lꝫ corpus illud bñdictū in vita ⁊ morte formā ſub
Ad 2ᵐ ſtātialē aliā ⁊ aliā dicat̃ habere. ¶ Ad 2ᵐ de ſacramento
altaris. rñdet ipſe Thomas in vltima parte ſic dicēs. Ais
eſt forme corpis dās ei totū ordinē eſſe pfecti. ſ. eſſe ⁊ eſſe
corporeū ⁊ eſſe animatū. ⁊ ſic de alijs. Conuertit̃ ergo for
ma panis in formā corpis chriſti. ſm qđ dat eſſe corpoꝝ:
⁊ nō ſm qđ dat eſſe animatū tali aīa. verba eius ſūt. Qđ
ergo dicūt. ꝙ corpus nō trāſit in ſpūm: veruꝫ eſt inq̃tum
huiuſmodi. tñ forma panis ſiue corporis hñ pōt dici di
uina virtute trāſire in formā corporis chriſti: inq̃tuꝫ dat
eſſe corporeū vt ipſe dicit. que q̃dē forma rōne ſue perfe
ctionis habet. ꝙ nō ſolū dat eſſe corporeū: rōne cuius di
citur forma corpis: ſed ēt dat eſſe aīatuꝫ aīa intellectiua.
rōne cuius dicit̃ ſpūs. ⁊ hec plenius patebūt ex ſequenti
Ad 3ᵐ bus. ¶ Ad 3ᵐ dicēdū. ꝙ peccatū originale a pmo parēte
traducit̃ in poſteros inq̃tū mouētur ab ipſo per genera
tionē: ſicut mēbra mouētur ab aīa ad peccatum actuale.
Nō eſt aūt motio ad generationē niſi per virtutē actiuā
in ſemine deciſo exiſtētē. vnde per virtutē actiuā ſeminis
traducitur peccatū originale in prolē ſimul cū natura hu
mana: qꝛ enim infectio illa que eſt in ſemine diſponente
ad productionē nature humane in prole deſcēdebat a vo
lūtate primi parētis peccātis: ſicut inordinatio que eſt in
manu homicide a pu̾ſa volūtate eiuſdē procedit. Hinc
eſt ꝙ ſicut volūtas hominis homicide eſt cā peccati illꝰ
actualis pncipaliter: ⁊ manus inſtrumētaliter. ſic volun
tas pmi hois eſt cā pncipalis iſtius peccati originalis. ſe
Nota di mē aūt eſt inſtrumētalis eiuſdē. Ex his patet ꝙ peccatuꝫ
genter originale nō cauſatur (vt iſti imaginantur) ex iſtis pnci
pijs nature humane pducte in prolē: videlꝫ nec a mate
ria nec a forma: ſed (prout dictū eſt) a mala volūtate ho
minis pmo peccātis: in quo oēs peccauerūt pncipaliter ⁊
a ſemine corrupto pp̄ter illud peccatū natura corrūpitur
effectiue: diſpoſitiue ad pductionē humane nature in pro
le inſtrumētaliter: pcedit ergo illa obiectio ex falſo fun
damēto: qđ in ipſis pncipijs nature humane in ple pdu
cta ſit cā traductionis peccati originalis regrenda. qđ fal
ſum eſt. His viſis patet ꝙ iſta tria argumēta nō ꝯcludūt
Ad 4ᵐ ꝙ predicta poſitio de vnitate forme in aliquo repugnet fi
dei catholice. ¶ Ad 4ᵐ dicēdū. ꝙ nec repugnat phie. im
mo totaliter ei innitit̃. phia eniꝫ nō ponit formas elemen
toꝝ eſſe in mixto vel corpe humano actualiter ſed ſoluꝫ
virtualr. qualitates eniꝫ actiue ⁊ paſſiue elementoꝝ que
ſunt v̾tutes formaruꝫ ſubaliū eorūdē in mixto inueniun
tur. Ipſa quoqꝫ aīa eſt forma mixti inq̃tuꝫ eſt actus cor
poris talē habētis cōplexionē ex proportione primarum
qualitatū pueniētē. circa aūt iſtā cōplexionē ꝯſeruandā
vel reparādaꝫ verſat̃ ſtudiū medicine: nec rōne iſtius po
ſitionis habet̃ quare debeat dici ceſſare. ¶ Ad 5ᵐ dicēdū
Ad 5ᵐ ꝙ nō eſt incōueniēs ꝙ anima inq̃tū eſt forma corpis di

catur forma corporea ſiue corpalis. qꝛ tñ minime eſt im
merſa materie. ⁊ in tātū nobilitate nature ſublimata eſt: ꝙ
habet potentias ⁊ actus penitus imālēs ⁊ ſpūales vñ eſt
Ad 6ᵐ ſpūs ⁊ forma ſpūalis. ¶ Ad 6ᵐ dicēdū. ꝙ iſta poſitio non
ponit ꝙ mā pma ſit grauis vel leuis. nec ꝙ ab aīa habeat
corpus ꝙ ſit corpus graue vel leue niſi effectiue: lꝫ ꝙ eſt
actus primus corpis: in quo v̾tute ipſius agētis huiuſmo
di virtutes elemētares inducant̃. ita ꝙ illud elemētū di
citur in tali corpe dñari cuius qualitas aīs in eodē mixto
excedit. nō opꝫ aūt (prout iſti putāt in hoc turpiter dece
pti) ibi eſſe elementi formam ſubalē vbi inuenitur eius
qualitas. cū illa qualitas multū intēdatur: ſicut patet de
Ad 7ᵐ qualitate ignis in aere ignito. ¶ Ad 7ᵐ tandē dicēduꝫ. ꝙ
nō repugnat poſitio iſta ſacre ſcripture. in ſcriptura eni il
Joā. 2. la ſoluite tēplū ⁊c. idē demōſtrat̃ per hoc ⁊ per illud. ſ. cor
pus chriſti idē numero. prout dictū eſt. pmo morte ſolu
tum. ⁊ poſtmodū in reſurrectione excitatū. qđ tñ in mor
te nō fuiſſet ſolutū niſi per anime ſeparationeꝫ: ⁊ alterius
forme inductionē fuiſſet mutatū. quare eniꝫ ſcriptura te
ſte ſolui diceret̃: ſi vna ⁊ eadē forma ſubſtātiali: ⁊ eadem
hypoſtaſi verbi cōtinue cōtineret̃. Ecce predicta poſitio
nō ſolū ſcripture huic nō repugnat: ſed potius cōſonat et
ꝯcordat eidē. ¶ Qđ vero dicunt de Anſel. multū facit pro
iſta poſitione ſi recte itelligat̃. Ipſe homo eniꝫ prout ipſe
dicit ſm aliud eſt corpus. ⁊ ſm aliud eſt rōnale. ideo reue
ra prout pmittit nō vna ꝯſideratione ſiue vno ꝯſignificā
di modo dicit̃ corpus rōnale ⁊ hō. Eadē eniꝫ q̃dditas eſt
ſiue natura ſubſtātialis quā cōſequitur quātitas dimenſi
ua determinata v̾tus ſenſitiua ⁊ rōnalis. Hec ergo natu
ra tota prout ipſaꝫ cōſeq̄tur iſta q̃titas dimēſiua dicitur
corpus. ⁊ prout ipſaꝫ cōſeq̄tur virtus ſenſitiua dicit̃ aīal.
⁊ prout ipſaꝫ ꝯſeq̄tur v̾tus intellectiua dicit̃ hō vel rōna
le. modi igit̃ ꝯſignificādi iſtaꝫ q̃dditatē vnā ſunt ſm An
ſelmū diuerſi. ⁊ hoc pp̄ter diuerſas pprietates que ipſaꝫ
cōſequūtur vt predictū eſt. ¶ Hoc quoqꝫ qđ adducūt de
Aug̃ liᵒ retra. nō eſt cōtra iſtā poſitionē ſi intelligat̃. Dice
re enim aīam tribuere ſpēꝫ corpori per quā eſt effectiue.
qđ videtur verba illa que retractat ibidē de imortalitate
aīe ſonare: eſt temere dictū. Dicere tñ ꝙ aīa ſpēm tribuit
corpori per quā eſt formaliter: cū ſit actus ⁊ forma ipſiꝰ
vt dicit phus: nō eſt temere dictū. Hoc aūt ponit iſta po 2ᵒ de aīa
ſitio: ⁊ nō primū. Patet ergo ꝙ auctoritas iſta recte intel T. ꝯᵐ. 6.
lecta nihil facit ad eoꝝ ppoſitū. Qđ aūt ſupra dixerat. q.
Articulus Terti⁹ de hoc qđ diť Tho. ꝙ rectitudo voluntatis reqritur ad beatitudinē vel añcedenter ⁊ cōcomitanter. vt patet. q. iiij. ar. iiij. in reſponſione ꝓn-
cipali vbi dicit. ꝙ beatitudo cōſiſtit in viſione
diuine eſſentie. ſed ⁊ rectitudo voluntatis requiritur ad
beatitudinem antecedenter ⁊ cōcomitanter.

Corruptoꝛium. Qꝛ aūt hoc ſit imperfecte di
ctū ad minus patet ex dictis
qꝛ actus voluntatis eſt de eſſentia beatitudinis.

Reſpōſio ad hec ſm Thomaꝫ. Qꝛ aūt ſit perfecte
dictū qđ hic dicit Thomas manifeſtum
eſt ex dictis arti. ꝓmi in reſpōſione. loquēdo de eo in quo
ipſa ratio eſſentie beatitudinis ↄ̄ſiſtit: ſicut patet ibidem.

Articulus Quartus de hoc quod dicit Thomas. ꝙ aīa hoīs habet
eſſe cōpoſiti ſeparata. Item. q. iiij. arti. v. in re-
ſponſione ſcđi argumēti dicit. ꝙ aīe humane
remanet eſſe cōpoſiti poſt coꝛpoꝛis deſtructio
nem. ⁊ hoc ideo. quia idem eſt eſſe forme ⁊ materie. ⁊ hoc
dicitur eſſe compoſiti.

1 **Corruptoꝛium.** Si hoc veruꝫ eſt. cū quelibet forma ſubſtātialis det aliqđ
eſſe. nō erit alia forma in hoīe ꝙ̄ aīa. qđ eſt erroneuꝫ pro-
pter multa cōtraria fidei que ex hoc ſequūtur. vt in ꝓmo
oſtenſuꝫ eſt. ergo erroꝛ eſt dicere. ꝙ aīe humane remanet
2 eſſe cōpoſiti. ¶ Scđo. ſuppoſito hoc .ſ. ꝙ illđ totaliter deſtrui
tur qđ perdit ſuū eſſe qđ habet. qꝛ perdere eſſe ſuū totalr:
eſt deſtrui plene ⁊ ꝑfecte: ⁊ ecōuerſo. ergo ſi materia vel
coꝛpus hoīs nullū habet eſſe aliud ꝙ̄ aīe intellectiue: ma-
teria vel coꝛpus hoīs in inſtanti ſeparationis aīe ꝑdit oē
eſſe. ergo ⁊ deſtruiť totalr ⁊ ꝑfecte. cui⁹ ↄ̄triū videm⁹. ⁊ eſt
t. c^o. 28 cōtra phm ꝓmo phyſicoꝝ qui dicit. ꝙ mā eſt ingenita ⁊
i. de gen. incoꝛruptibilis. Si aūt dicas ꝙ manet mā vel coꝛpus qꝛ
t. c^o. 17. ſuccedit alia forma dans eſſe. qꝛ generatio vnius eſt coꝛru
ptio alterius: ⁊ ecōuerſo. ¶ Contra primo ſaltez nāliter eſt
ſeparatio forme que eſt aīa ꝙ̄ alterius forme ſucceſſio vł
inductio. ergo mā vel coꝛpus perdit neceſſario omne eſſe
⁊ deſtruiť cedēs in nihilū. ⁊ ita gnātio erit ex nō eſſe ſim-
pliciter in eſſe. ⁊ hoc eſt creari. igiť generatio eſt creatio.
3 qđ eſt erroneū. ergo illud ex quo ſequiť. ¶ Scđo. videtur ꝙ
alia forma de nouo introducať qñ aīa ſepať per actiones
intelligētie: nō per actionē coꝛpoꝛū celeſtiū. nā videť ꝙ
coꝛpoꝛa celeſtia requirūt ſitū determinatū ⁊ aſpectū ſup
mām in quā agūt ⁊ ſm diuerſitatē ſitus ⁊ aſpectus vide-
mus manifeſte variari oēs actiones illoꝝ coꝛpoꝛū. Aliter
enim generāt ⁊ coꝛrūpūt iſta inferioꝛa in eſtate: aliter in
hyeme. Aliter generāt. coꝛrūpūt ⁊ trāſmutāt ea que ſunt
in aere ſub diuo: aliter ea que ſunt ſub tecto. Sꝫ nos vide
mus ꝙ coꝛp⁹ eodē mō ſe hꝫ in eſtate ⁊ in hyeme ⁊ oī tem
poꝛe ſub tecto ⁊ diuo ⁊ vbiqꝫ poſt aīe ſeꝑationē. ergo foꝛ
ma quā tūc habet nō eſt a coꝛpoꝛibus celeſtibus.

Reſponſio ad hec ſm Thomā. Qꝛ nihil fidei cō-
trariuꝫ ſequať ex hoc qđ poniť in hoīe
tñ vna forma ſubſtantialis que eſt aīa intellectiua. ſ. vt
eſt in ꝓmo ꝓbabiliter eſt declaratū. ¶ Qđ ergo iſti cōcludūt Ad ꝓ^m
pro inconuenienti in ꝓmo arg^o nō eſt inconueniens. ꝓter
hoc etiā poſito ꝙ in hoīe eſſent plures forme ſubſtātiales
opoꝛteret oēs ꝓter vltimā eē mālēs. ⁊ in potētia reſpectu
vltime dantē actū ⁊ eſſe cōpletū. vnde cū vnū^s entis nō ſit
niſi vnū eſſe: neceſſe eſt dicere: ꝙ idē eſt eſſe aīe humane
⁊ toti⁹ cōpoſiti. Cū igiť ipſa poſt ſeꝑationē habeat eſſe. ma
nifeſtū eſt ꝙ eſſe totius cōpoſiti remanet ſibi. ¶ Ad 2^m. Ad 2^m
dōm. ꝙ ponendo vnā formā ſubſtātialē in hoīe: oꝑꝫ cōce
dere ꝙ aīa hoīs ſeꝑata in moꝛte noua foꝛma inducať in
coꝛꝑe remanēte: que dat nouū eſſe. ¶ Ad obiectuꝫ vō in
ↄ̄triū dōm. ꝙ in eodē inſtāti ac ſimul eſt aīe ſeꝑatio: ⁊ illi⁹
noue foꝛme inductio: ſicut in eodē quo coꝛrūpiť aer gnā-
tur aqua: ⁊ ecōuerſo. vñ nunꝙ̄ mā eſt ſine moꝛphea. i. ſine
foꝛma ſm phm. Et hoc iđ. qꝛ ſm modū iſtū gnātio vnius ꝓ de gn.
eſt alteri⁹ coꝛruptio. ¶ Qꝛ vō aīe ſeꝑatio eſt ꝑus ſaltē nā t. c^o. 28.
liter: ſi intelligať nāliter quo ad durationē: falſuꝫ eſt ſim-
pliciter qđ dicūt. Si intelligať ꝑus nāliter: eo ꝙ ꝑus ſit in
cōceptu noſtro: ſiue ſm rōnē. lꝫ ſimul ſit cuꝫ noue foꝛme
inductiōe: ſm rē cōcedi poſſet vno mō facta ↄ̄ſideratiōe.
⁊ negandū alio mō facta cōſideratiōe. Qñ enim ↄ̄ſidera-
mus ꝙ diſpoſitiones ille māe ad formā illaꝫ coꝛꝑis moꝛ-
tui: repugnāt diſpoſitionib⁹ māe exñtibus ſub foꝛma coꝛ-
poꝛis viui que aīa eſt: ꝓmo cōcipim⁹ illaꝝ diſpoſitionuꝫ
māe coꝛruptionē in aīe ſeꝑatiōe ꝙ̄ illius noue foꝛme coꝛ-
poꝛis moꝛtui inductionē in moꝛte. Qñ vō ↄ̄ſideramus ꝙ
mā nullo mō pōt eſſe ſine foꝛma. ⁊ per ↄ̄ſequens nō pōt
foꝛmā quaꝫ hēt ꝑdere niſi aliaꝫ acqrendo: ſiue per hoc ꝙ
aliā acqrit neceſſario: ꝑus cadit ſm hoc in cōceptu noſtro
noue foꝛme inductio ꝙ̄ anime que ipſaꝫ ſequiť ſeꝑatio.
Simul ergo ſunt ſm durationē aīe ſeꝑatio: ⁊ illi⁹ noue foꝛ
me inductio. lꝫ vna ſm rōnē poſſit eſſe ꝑoꝛ alia. ⁊ ecōuer-
ſo. ſic patet ex dictis. Arg^m ergo illud ↄ̄tra ſic ſolutuꝫ eſt.
¶ Ad 3^m dōm. ꝙ nō ſola vtus celeſtis agit ad inductionē Ad 3^m
illi⁹ foꝛme in coꝛꝑe moꝛtuo de nouo inducte. imo violen-
tia vel infirmitas diſſoluens nobilē diſpoſitionē que eſt
coꝛꝑis viui mā: idūcit oppoſitū que repugnat nāe foꝛ^e no
bilioꝛis. ſ. aīe que eſt foꝛ^a coꝛꝑis viui. ⁊ illa eadē diſpoſitio
ignobilis ↄ̄gruit. imo eſt necitas reſpectu foꝛ^e vilioꝛis. cu-
iuſmodi eſt illa foꝛ^a noua in ſeꝑatiōe iducta. que vtiqꝫ eſt
foꝛ^a illi⁹ coꝛꝑis moꝛtui remanentis. iſtud declaratū eſt ſu-
pra. Quia vō ſiue qs moꝛiať in eſtate: ſiue in hyeme: ſiue
ſub diuo: ſiue ſub tecto: ſiue ꝗcūqꝫ tꝑe vel loco: ſemꝑ inue
niť vniformiter aliqđ qđcūqꝫ ſit illud: nobilē diſpōnem
māe ſub foꝛ^a coꝛꝑis viui coꝛrūpēs. ⁊ oppoſitas diſpōnes
iducēs vniformiter ⁊ vłr: ſeqť aīe que eſt foꝛ^a coꝛꝑis viui
ſeꝑatio ⁊ illi⁹ noue foꝛ^e iductio in coꝛꝑe moꝛtuo lꝫ in acce
leratiōe ſit dña ꝓpter hꝫ ꝙ cōplexio loci vł tꝑis: plus vel
min⁹ iuuat vł ipediat actionē illi⁹ vtutis: que diſſoluēs ar
moniā ⁊ nobilē diſpōnē coꝛꝑis viui: iducit diſpōnē oppo
ſitā in eadē mā cū qua in ipſa mā iduciť nečio foꝛ^a coꝛꝑis
moꝛtui. Si vō qs plures foꝛmas ſubāles ponat adhuc ha
bet neceſſe ponere ꝙ coꝛpus moꝛtuum non habet idem
eſſe ꝙ coꝛpus viuū: illud enim erat viuere. Nec poteſt
eſſe in vno ente niſi vnicū eſſe. Sed planum eſt ꝙ coꝛpus
moꝛtuuꝫ nō habet eſſe qđ eſt viuere. ergo manifeſtuꝫ eſt.
ꝙ nō habet idē eſſe qđ ꝑus. ꝙ̄litercunqꝫ ſit de foꝛma ſub
ſtātiali. nihil eſt igiť qđ adducūt ↄ̄tra Thomā in ꝓpoſito.

Articulus

Articulus Quint⁹ de hoc qđ dič Thomas ꝙ beatitudo nō creſcit

corpe reſumpto itenſiue:ſed extenſiue.¶ Itē
q.iiij.arti.v.in rñ.v.argumēti dicit.ꝙ corpe re
ſūpto beatitudo creſcit nō itēſiue ſȝ extēſiue.

Correptorium.

1 Qđ dicit extenſiue bene dicit.qđ aūt negat itēſiue dicit
male.⁊ cōtra Beř.de diligendo deo.cap.xi.loquens eniȝ
de animabus exutis dicit. Donec mors abſorpta ſit
in victoria.Et ſequiř.nō poſſunt anime ſeipſas expoliare
ex toto:⁊ tranſire in deū viuū:ligate corporibus etiā tunc
⁊ nūc retrahēte affectu naturali ita vt ſint his neqȝ velint
neqȝ valeant cōſummari.Itaqȝ ante reſtaurationeȝ corporꝝ
nō erit ille defectus animaꝝ pfectus qui eſt ſūmus
illarum ſtatus.¶ Itē eſt contra Aug⁹.xij.ſuper Gen.ad
litteraȝ cap.lxx.Minime dubitandū eſt rapteȝ hominis
2 a carnis ſenſibus mentē.⁊ poſt mortē ipſa carne depoſita
trāſcenſis etiam ſimilitudinibus corporaliū nō ſic poſſe
videre incōmutabilē ſubſtantiam vt ſancti angeli vidēt
ſeu alia latentiore cauſa.ſiue iđ.qȝ ineſt ei quidā naturalis
appetitus corpus adminiſtrandi.quo appetitu retardatur
quodāmodo:ne tota intētione pergat in illud ſummū
celū q̄diu nō ſubeſt corpus.cui⁹ adminiſtratione appetitus
ille requieſcat.Ex hac auctoritate patet.ꝙ viſio beatarum
aiarū ante reſumptionem corpoꝝ ⁊ poſt diuerſificatur
penes intentionē totā.ſed hoc facit differre viſionē
3 intenſiue.¶ Item Bern.de diligendo deo.cap.xiij.expo
Canti.v nens illud Cant.Bibite ⁊ inebriamini.Qui inquit adhuc
in carne grauati gemunt:chari habenť pro charitate quā
habent.Qui vo iaȝ ſoluti carnis compede:ſunt eo chariores
quo promptiores ⁊ expeditiores facti ad amandum.
Et porro pre vtriſqȝ nominanť:⁊ ſunt chariſſimi:qui receptа
ſcđa ſtola in corporibus vtiqȝ cum gloria reſumptis:
tanto feruntur in dei amoreȝ liberiores ⁊ alacriores q̄to
eis de pprio iā nihil reſiduū eſt qđ eas ſollicitet aliq̄ten⁹
vel retardet.qđ quidē neuter ſibi reliquoꝝ ſtatuum vendicat.
Et infra.Bibi vinum meuȝ cum lacte meo. Uino
diuini amoris miſcet:⁊ tunc dulcedinē naturalis affectionis
per quā reſumet corpus ſuū:ipſumqȝ clarificatū deſiderat
eſtuat.ergo iam tunc ſancte charitatis potato vino:
ſed plane nondum vſqȝ ad ebrietatem.quoniam temperat
ardorem interim huius lactis permixtio.

Reſponſio

ad hec ſm Thomā.Cuius ſi primum argumentuȝ pmi articuli predicti ex
integro aſpiciatur:nihil faciunt cōtra ipſum iſte auctoritates
preallegate declarať.Ait enim ſic.Deſiderium aīe
ſeparate totaliter quieſcit ex parte appetibilis.qȝ.ſ.habet
id qđ ſuo appetitui ſufficit.ſed nō totaliter quieſcit ex parte
appetentis.qȝ illud bonum nō poſſidet ſicut poſſidere
vellet.⁊ ideo reſumpto corpore beatitudo creſcit nō intenſiue
ſed extenſiue.Hec ſunt vba eius:que ſic poſſunt declarari.
Anima ſeparata videns deū per eſſentiaȝ.nō pōt
limpidius videre deum q̄ȝ videt.nec intenſius per conſequens
delectari q̄ȝ delectatur.qȝ lȝ gloria vel lumen glorie
qua aīa ſeparata in illam dei viſioneȝ per eſſentiā eleuatur:
debeat in corpus redundare.nō tñ per corporis reſumptioneȝ
poterit intendi:nec per conſequēs aīa ad limpidiorē
viſioneȝ dei q̄ȝ prius poterit eleuari.tñ qȝ per ſuā
natureȝ corpori eſt vnibilis.hinc eſt ꝙ naturaliter appetit
in corpore eſſe.⁊ bonuȝ pticipatū corpori pro ſua capacitate
cōmunicare.Ideȝ igitur bonū qđ iam habet in quo
quietať:ſic ꝙ illius nō deſiderat augmentū vel intenſionē
appetit habere in eodē gradu nō intenſiore ſub modo
alio.ita.ſ.ꝙ queat in reſumptū corpus redundare.⁊ cum
iſte appetitus corpe reſumpto fuerit getatus:creſcet beatitudo:
nō quidē intenſiue ſed extenſiue:ſicut patet ex dictis.
¶ Ad pm̄ ergo dicendum.ꝙ defectus quē dicit Beř. Ad pm̄
nō poſſe perfici niſi corpe reſumpto put ipſe inſinuat eſt
iſte appetitus:ſiue ſm ipſum affect⁹ nālis quo retrahitur
aīa ne totaliter quieteť:donec bonū iaȝ adeptū redundet
in corpus reſumptū.qđ nō eſt habere maius bonū:ſed illud
idē ſub eodē gradu:alio tñ mō.¶ Ad 2m̄ dicendū.ꝙ Ad 2m̄
Aug⁹ dicit animā ſeparatā a corpore iſto appetitu retardari
ne totaliter pergat in ſummū celū vel tota intentione
pro tanto ꝙ adhuc appetit bonitatē in dei contēplatione
cōſiſtentem:⁊ ex ipſa pueniente:quā nūc habet haberet
alio mō.ſ.illā in corpus reſumptū refundendo.⁊ pro tāto
dicit aīam ſeparatā nō ſic poſſe videre deū vt ſancti angeli
vident.qȝ angeli ſuā beatitudinē in dei viſione ꝯſiſtē
tem nō appetunt alio mō q̄ȝ habēt.vñ eoꝝ appetitus eſt
vndiqȝ quietatus.appetitus vo aīe ſeparate lȝ ſit quietatus
quo ad bonuȝ adeptū:nō tñ quo ad habendi moduȝ:
vt dictū eſt.¶ Ad 3m̄ ꝙ ſm Bern.anime beate corpori Ad 3m̄
bus cū gloria reſumptis tanto feruntur in amorē liberiores
⁊ alacriores quāto de pprio iam nihil reſiduȝ eſt ⁊c̄.
nullus videlicet appetitus quo appetant illud quod habēt
habere alio mō vt dictū eſt.¶ Qđ vo ait Bern.aīaȝ
ſeparatā eſtuare vino ſancte charitatis:ſed nondum vſqȝ
ad ebrietatē.pro tanto.qȝ bonū illud iam adeptū nōdum
tranſfunditur nec redundat in corpus.⁊ vires corpis inferiores
ſicut fiet poſt reſurrectionē:potū hūc ſic inebriatiuū
in patria nobis tribuat ieſus chriſtus.Amen.

Articulus Sextus de hoc qđ Tho⁹ dicit.ꝙ hō eſt dominus ſui

actus.qȝ habet deliberationem de ſuis actibus.Item.q.vi.arti.iij.in reſponſione tertij
argumēti dicit ꝙ homo eſt dominus ſui act⁹
qȝ habet deliberationē de ſuis actibus.ex hoc enim ꝙ rō
deliberās ſe hēt ad oppoſita:voluntas pōt in vtrunqȝ.

Correptorium.

Hoc reputam⁹ falſuȝ.ex hoc 1
enim ſequiť ꝙ hō nō facit libere
ea que facit ſine deliberatione.qđ patet eſſe falſiſſimuȝ
tā in bonis ⁊ perfectis hoībus q̄ȝ in peſſimis.manifeſte
enim videm⁹ ꝙ viri ſancti ſiue pfecti.ſiue in ſeculo
ſiue in religione cū intelligunt aliqđ bonū mox appetūt.
⁊ cū appetierint mox frequēter faciūt abſqȝ oī deliberatione.
verbi gr̄a dāt elemoſynas.reſpuunt illecebras.ſic
viri religioſi ſtatiȝ audita iuſſione obediūt ſine aliqua deliberatione.
⁊ tñ cōſtat ꝙ libere faciūt.Et ſic videm⁹ in valde
malis ⁊ peſſimis hoīb⁹.qȝ mox vt malū aliqđ appetierint.
vbi gr̄a detrahere.blaſphemare.maledicere.cōuitiari
ſine deliberatione ſi poſſunt pficiunt qđ deſiderāt.⁊ cōſtat
ꝙ libere.¶ P̄.ſi ppter deliberationē eſt dñs ſui act⁹ 2
⁊ libere ageret cū reſpectu finis eligendi nō ſit deliberatio.
ſed reſpectu eoꝝ que ſunt ad finē ſequereť ꝙ nō libere
ſed ſeruiliter appeteret hō finē.libere autem appeteret
ea que ſunt ad finē.¶ P̄.manifeſte videmus ꝙ qñ volū 3
tati pponiť aliqđ appetibile.vbi gr̄a honor vel ſcia ſi appetierit
illū honorē vel ſciaȝ:pōt hō illū appetitū refrenare
vſqȝquo deliberet an debeat vel liceat vel expediat ſic
expetere.Cōſtat eniȝ ꝙ aīa eſt domina talis refrenatiōis.
⁊ libere fač eā aū deliberationē.ergo manifeſtū eſt ꝙ dñiū
talis refrenatiōis nō eſt ppter deliberationē.Qȝ aūt hō refrenatiōeȝ
faciat libere.patet per auctorem Damaſ.li.ij.c⁹.
xxvi.vbi ita dič.Irrōnalia nō ſūt libera arbitrio.aguntur
eniȝ a nā magis q̄ȝ agāt.⁊ nō ꝯdicūt nāli appetitui ſȝ ſil
cū appetierint aliqd ipetū faciūt ad actū.hō aūt ex rōnalia
agit magis ſm naturam q̄ȝ agať.ideoqȝ ſi appetēs
hoc qdem velit poteſtatē hēt refrenādi appetitū ſuū vel
ſeq eū.Nō ꝙ dicat irrationalia nō ſunt libera arbitrio.

Reſpōſio ad hec ſm Thomã. Eſtimo ꝙ iſti decepti ſunt per quandā equocationē deliberationis exorbitantis. deliberatio enim dicitur ꝯſultatio vel premeditatio de aliquo ſi debeat fieri vel non fieri: amari vel vitari. ⁊ ſub hoc ſenſu certe nō eſt hō dominus ſui actus. q2 habet deliberationē de agēdis: ſȝ potius ecōuerſo. q2 ipſe eſt dominus ſui actus: iō pōt deliberare de agendis. Alio mō pōt deliberatio ſumi pro facultate libere agendi qḋ voluerit ſeu placuerit. rōne cuius aīa pōt in vtrunqȝ oppoſitoꝝ. ⁊ ſic ſub hoc ſenſu habet intelligi qḋ dicit Tho. ꝙ nō eſt dominus ſui actus. q2 habet deliberationē. i. liberā agendi facultatē. q2 igiṫ poteſtas rōnalis in homine valet ad oppoſita ſm pħm. hinc eſt ꝙ voluntas libere pōt in vtrunqȝ oppoſitoꝝ. Et hoc eſt qḋ dicit Tho. ꝙ ex hoc ꝙ rō deliberationis ſe hēt ad oppoſita habēs. ſ. poteſtatē ad ipſa pōt volūtas in vtrunqȝ. obiecta igiṫ predicta nō procedunt cōtra Thomã in ſenſu in quo loquitur: ſicut patet intuenti.

A Rticulus Septim⁹ de hoc qḋ Tho. dicit: ꝙ homo per rationē determinat ſe ad volendum hoc quod eſt vere bonum vel apparens bonum: vt patet in q. ix. arti. i. in reſponſione tertij argumenti.

Corruptoriū. Si per actū determinādi intelligit ꝙ ratio inquirēdo. cōſulendo. ſententiādo offert vel preſentat alterū oppoſitorum voluntati vt illud velit ⁊ exequatur nō ꝯtrariū non videṫ reprehēſibile ſed bñ dictū. Si vō per actū determinādi itelligat ꝙ rō ꝯcludēs vnū ꝯtrioꝝ eſſe volēdū alicui ⁊ ꝓſequendū: per hoc determinet. i. neceſſitet volūtatem ad illud ita ꝙ ꝯtrariū volūtas nō poſſit velle nec ꝓſequi. hoc eſt ꝯtra Berñ. de gratia ⁊ li. ar. ⁊ cōtra pħm. 9. meta. ⁊ erroneū. ⁊ dānatū nuꝑ cū pluribus articulis cap. ix. de voluntate. vbi pro errore ꝯdēnatū eſt. ꝙ poſt ꝯclōnē aliquā volūtas nō manet libera. Itē ꝙ volūtas hoīs neceſſitaṫ per ſuā cognitionē ſicut appetitus bruti. Item ꝙ volūtas neceſſario ꝓſequiṫ qḋ firmiter creditū vel decretū eſt a rōne. ⁊ nō pōt abſtinere ab eo qḋ rō determinat. t.ꝯm. 4. ⁊ .io.

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Non ceſſo mirari ad quid iſti trahunt iſta predicta verba Thome ad illum ſenſum ſuum. cum ipſe in toto proceſſu doceat oppoſitū: vñ huic fictioni nō eſt rñdēdū.

A Rticulus Octauus de hoc qḋ Tho. dicit. ꝙ imperare eſt actus rōnis. Nam in. q. xvij. ar. ꝑ in reſponſione ꝑncipali dicit. ꝙ imperare eſt actus rōnis ꝑſuppoſito actu volūtatis. Et ſubdit ꝙ imperare eſt eſſentialiter actus rōnis. Et in eadē. q. ar. iij. in reſpōſione ꝑmi argumenti dicit. ꝙ volūtas per actū qui vſus eſt exequiṫ imperium rōnis. Et eadē. q. ar. v. in reſponſione ꝑncipali dicit ꝙ imperiū nihil aliud eſt q̄ꝫ actus rōnis ordinantis cum quadam motione ad aliquid agendum.

Corruptoriū. Hec poſitio nō ſolū videtur nobis falſa: ſed omnino erronea. q2 vt ibidē dicit eadē. q. arti. 5° in reſpōſione argumēti vltimi. ille actus īperatur qui rōni ſubditur. ergo ſi rō imperat volūtati: volūtas rōni ſubdiṫ. Sed qui alij imperat vt ſubditoꝝ ſibi dat libertatē opandi. ergo volūtas nō eſt libera: nec domina ſuoꝝ actuū. qḋ eſt ꝯtra Dam. li. 3°. ⁊ cōtra pħm. ix. metaph. Itē hoc eſt contra Anſel. de cōcepta virginali. li. iij. vbi in perſona mēbroꝝ ⁊ ſenſuū. Deus inquit nos fecit: ⁊ poteſtatē noſtrā que in nobis eſt ſubiecit voluntati: vt ad eius īperiū nō poſſimus nō mouere nos. Itē cōtra Berñ. de gratia ⁊ libero arbi. cap. ij. Voluntas inquit eſt motus rōnalis ſenſui ⁊ appetitui t.ꝯm. io
ꝑſidens. ⁊ ſequiṫ. Volūtas aūt ad qḋcūqȝ voluerit habet rōnē comitē ⁊ quodāmō pediſſequā. Inde ſic nō eſt cōmitis imperare preſidenti ⁊ imperāti. ⁊ volūtas eſt ꝑſidens ⁊ imꝑans: vt ex dictis patet. Ratio aūt comes ⁊ pediſſequa volūtatis. ergo nō imꝑat volūtati. Itē videṫ falſum ex auctoritate pħi. ix. meta. cuius ſnīa ſm Cōmē. eſt hec. Potētie rōnales poſſunt duo ꝯtraria facere. vñ neceſſe eſt vt veꝝ dicant ꝙ ſit aliud. i. ꝑmū ꝑncipium agendi vnū ꝯtrarioꝝ qñqȝ ⁊ alteꝝ. ⁊ hoc eſt appetit⁹ ⁊ volūtas. Ex hac auctoritate pħi ⁊ Cōmentatoris patet. ꝙ volūtas eſt ꝑncipalior in agendo q̄ꝫ aliqua alia potentia rōnalis. t.ꝯm. io. Item qñ aliqs facit imperiū noſtrum: dicimus ꝙ faciat voluntatē noſtrā. nō aūt dicimus ꝙ ſciam noſtrã faciat aut fidē noſtrã aut opinionē. que tñ tria pertinent ad rōnem: ſm Aug^m li. de vtilitate credendi. Itē qñ ſcio vel ſpero aliquē ſubditū facturū qḋ volo perfecte ſtatiȝ impero. Si aūt ſcio eum factuꝝ qḋ ſcio. verbi grā. ſcio eū fornicaturum vel credo vel ſpero vel opinor: nō iam impero ſibi. ergo voluntas eſt que imperat: nō ratio. 3

Reſponſio ad hec ſm Thomā. Iſta obiecta oīa ꝑcedunt ex falſa acceptione dicti fratris Thome. ac ſi dixiſſet ꝙ imperare eſt per ſe actus rōnis actu voluntatis nō preſuppoſito. cuius cōtrariū teſtibus ipſis dicit. vt patet in vbis ipſius que ponunt. Ad ꝑm igitur dōm. ꝙ cū imperiū qḋ eſt actus rōnis preſupponat actum voluntatis: debet dici ꝙ imperat per voluntatem: cuius actū preſuppoſitū requirit ad hoc ꝙ imperet de aliquo agēdo. Vñ auctoritates quas adducūt ad oſtēdēdū ꝙ volūtas mouet rōnē ⁊ alias potētias anime: oēs nihil faciunt ꝯtra Thomã vt patet intuenti. Et per hoc patet reſponſio. Ad 2^m. ꝑncipium enim agendi vnum cōtrarioꝝ qñqȝ ⁊ alterum: qñqȝ eſt voluntas ſm pħm ⁊ Cōmen. Ad actionē vō volūtariā requiriṫ actus imperij. qui eſt actus ipſius rōnis ſm ꝙ manet in ipſa virtute aliquid de actu voluntatis. ꝓut virtus actus ꝑcedentis manet in virtute in actu ſequente ꝓut dicit Thomas. Imperans enim ordinat eū cui īperat aliquid ad agendum intimādo vel denūtiādo nō abſolute tñ. cuius denūtiatio exprimiṫ per verbū indicatiui modi. vt cū diciṫ eſt agendū: ſed mouēdo ⁊ excitādo. ⁊ talis denūtiatio ⁊ excitatio eſt īperiū. ⁊ exprimiṫ per verbū īperatiui modi: vt cū dicitur: fac hoc vel illud. Cū ergo ꝑmū mouēs in virib⁹ aīe ſit volūtas. ⁊ ſcdm mouens nō moueat niſi in virtute ꝑmi mouentis. ſequitur ꝙ ex hoc ipſo ꝙ ratio mouet imperādo fit ex virtute volūtatis. Et inde eſt ꝙ qñ aliquis facit imperium noſtrum. dicimus ꝙ faciat volūtatem noſtrā. qm̄ actus voluntatis precedens cā eſt huius denuntiationis mouentis ⁊ excitantis ad agendum. qui vtiqȝ conceptus mentis eſt per vocem modi imperatiui ſignificatus ⁊ expreſſus. ⁊ per cōſequēs ꝑtinet ad actū rōnis. Et per hoc patet rñſio ad tertiū. Simplex qdem ⁊ abſoluta denuntiatio de aliquo ſcito vel credito vel opinato non eſt impiū. nec exꝑmiṫ per impatiuū modū. vñ lȝ aliqḋ ſciaṫ vel credaṫ vel opineṫ. nō tñ imperaṫ niſi ſit perfecte volitū. Actus eniȝ volūtatis eſt cauſa denuntiationis vel excitationis excitantis vel mouentis: que vtiqȝ (vt dictum eſt) actus rationis eſt. Ad ꝑm Ad 2^m Ad 3^m

A Rticulus Nonus de hoc ꝙ Thomas dicit eadem. q. xvij. ar. eodeȝ in reſponſione principali. ꝙ primum mouens ad exercitium actus in viribus anime eſt voluntas.

Corruptoriū. Videtur mihi ꝙ hoc bene ⁊ male poſſit intelligi. Si eniȝ intelligat ꝙ ꝑmū mouens ad exercitiū actus ſit volūtas. falſum

falſum eſt ſm̄ ph̄os ⁊ ſanctos qui in hac mã loquuntur
2 p̄mũ mouẽs nõ motũ eſſe appetibile. ¶ Ꝑ. pas neceſſa-
rio ſunt obiectũ ⁊ vis apprehẽſiua obiecti. ⁊ eius apprehẽ
ſio quã volũtas moueat. ipſa enĩ nõ mouet niſi mota ab
appetibili apꝑhẽſo. vñ impoſſe eſt ꝙ volũtas ſit p̄mũ mo
uẽs. Si aũt intelligat ꝙ inter vires aĩe p̄ma potentia moti
ua ſiue p̄ma v̄tus mouẽdi eſt volũtas: ſic dico ꝙ vez eſt.
obiectũ enĩ qḋ eſt p̄mũ mouens nõ eſt v̄tus aĩe. ⁊ virtus
apprehẽſiua q̄uis p̄as ſit neceſſaria ad motũ: nõ tñ primo
mouet nec dicit̃ v̄tus motiua. Sed volũtas mouet primo
ſiue appetitus. hic enĩ eſt ordo. p̄ enim obiectũ bonũ mo-
uet vim apprehẽſiuã motu apprehẽſionis. deinde appre-
hẽſuz mouet appetitũ ſiue voluntatẽ. vñ illud qḋ mouet
volũtatẽ nõ eſt ipſa rõ vel apꝑhẽſio. ſed bonũ apprehẽſũ
a rõne. deide volũtas ſic mota ab appetibili apꝑhẽſo mo
uet alias v̄tutes ⁊ organa ſiue totũ aĩal ad exercitiũ act⁹.

Responſio ad hec ſm̄ Tho. Ad iſta nõ opꝫ rñde-
re pro Tho. Manifeſtũ eſt. n. omni in
telligẽti qd Tho. intẽdat in hac pte. vñ mirũ eſt ad quid
voluit iſte illũ p̄mũ itellectũ ex v̄bis Tho. fabricare. cũz
ipſa v̄ba oppo^m ſonẽt. ⁊ ipſemet Tho. vbiqꝫ docet ꝙ volũ
tas mouet mota ab appetibili apꝑhẽſo. Hec igit̃ ptranſeo.

Articulus Decim⁹ de hoc qḋ dic̃ Tho
mas eadẽ. q. eodẽ ar. in rñ-
ſione ſcdi arg^ti vbi dicit ꝙ radix libertatis
eſt volũtas vt ſubiectũ: ſed rõ eſt ſicut cã. Ex
hoc enĩ voluntas põt libere in diuerſa ferri.
qꝛ ratio poteſt habere diuerſas cõceptiones boni. Et ideo
philoſophi diffinierũt liberũ arbitrium. ꝙ eſt liberuz de
ratione iudiciũ quaſi ratio ſit cauſa libertatis.

i **Corruptorium.** Iſtud reputamus falſum. qꝛ
ex h̄ ſeqtur ꝙ volũtas nõ fa-
cit libere anteq̄ rõ diuerſas cõceptiones boni habuerit. ⁊
ita viri pfecti qui ſequũtur p̄us primũ appetitũ boni. q̄n
huiuſmodi conceptiones habeãt. ⁊ ſilr mali ⁊ peſſimi qui
ſilr ſequuntur primũ appetitũ mali. nec iſti nec illi libere
facerẽt. qḋ ꝯſtat eẽ falſuz. vñ dicẽdũ ꝙ libertas eſt in vo-
lũtate ex ſua nãli ꝓprietate: nõ a rõne. Imo ẽt ꝙ libertas
eſt in rõne ⁊ in alijs virib⁹: eſt a volũtate poti⁹. ſꝫ Bern.
li. de grã ⁊ li. ar. c. iij. Uniuerſa ingt que hois ſunt: pp ſolã
volũtatẽ libera ſunt. ⁊ ita ſola volũtas eſt que ſola ingẽti
libtate: nlla v̄o cogit̃ neĉitate. ¶ Itẽ eodẽ li. c. p̄. vbi volũ
tas ibi libtas. Et. c. iij. Ipſe ꝯſenſus ob volũtatis ĩmẽſã li
bertatẽ: ⁊ rõnis quã ſecũ defert inclinationẽ in deũ dicit̃
liberũ ar. qꝛ ipſe liber ſit ꝓpter volũtatẽ ipſe liber ſui ꝓ-
pter rõnem. Et. c. iij. Cũ voluntas nihil habeat liberũ niſi
ſe: merito nõ iudicat̃ niſi ex ſe. Ex his patet ꝙ volũtas eſt
libera ex ſua ingenita ⁊ nãli ꝓprietate. non ex rõne ⁊ eius
2 deliberatione. ¶ Itẽ p̄ meth. liberꝫ eſt qḋ eſt cã ſui. ratio
Lec. 3ª. aũt nõ eſt cã ſui: ſed ad miniſteriũ volũtatis facta. ⁊ ei⁹ co
mes ⁊ eius pediſſequa vt dicit Bern. in li⁰ de grã ⁊ li. ar.
3 ¶ Itẽ illa potẽtia eſt libera ⁊ cã libtatis cui⁹ eſt ptãs faciẽ
di ⁊ nõ faciẽdi: ⁊ elicere actũ electiõis. ⁊ hec poteſtas nõ ẽ
ratio ſed volũtas. ergo eſt cã libertatis: vt dicit Dam. li⁰
4 iij. c. xxvi. ¶ Itẽ in p̄ma parte ſũme. q. lxxxiij. ar. p̄. in rñ-
ſione p̄m^i loqtur de iſta mã. vbi dicit ꝙ vis ſenſitiua non
eſt collatiua diuerſoꝝ ſicut rõ. ſed ſimplr vnũ cõprehen
dit. ⁊ iõ per illud determinate mouet appetitũ ſenſitiuũ.
ſed rõ eſt collatiua pluriũ. ⁊ iõ ex pluribus moueri poteſt
appetitus itellectiuus. ſ. volũtas. ⁊ nõ ex vno de neceſſita-
te. His v̄bis nitit̃ dare cãm: q̄re appetitus ſenſitiuus non
ſit liber ſicut itellectiuus. qꝛ. ſ. potẽtis ſenſitiua nõ eſt col-
latiua pluriũ ſenſatoꝝ: ſicut rõ pluriũ intellectoꝝ. p̄muꝫ
qḋ dicit de potẽtia ſenſitiua veritatẽ hꝫ de ſenſib⁹ particu
t. 2ª. i34 laribus. ſed de ſenſu cõi falſuz dicit. Dicit enĩ ph̄s verſus

finẽ 2ⁱ de aĩa. ⁊ aliquãtulũ poſt p̄ncipiũ. de ſomno ⁊ vigi-
lia. ꝙ opus ſenſus cõis eſt diſtiguere dulcia ab albis. ⁊ ita
eius eſt ꝯferre ſenſata ſenſuũ p̄ticulariũ. tñ ꝓpter hoc nõ
ponit̃ aliq̄ libertas in appetitu ſenſitiuo. ¶ Itez per hoc
qḋ ſcḋo dicit. ꝙ rõ eſt collatiua pluriũ itellectoꝝ. iõ volũ
tas moueri põt a diuerſis ⁊ nõ ab vno. ex neceſſitate inſi-
nuare videt̃. ꝙ ſi rõ nõ proponat volũtati plura appetibi
lia: ſed vnũ ſolũ neceſſario volũtas ferr̃ in illud ſicut ap-
petitus ſenſibilis. hoc mõſtratum eſt eſſe falſum tam in
bonis q̄ in malis. qui ſtatiꝫ ad vnius appetibilis appre-
henſionẽ mouentur: ⁊ hoc libere. alioquin nec boni mere
rentur. nec mali demererentur.

Reſpõſio ad hec ſm̄ Thomã. Oẽs iſte obiectiões
procedũt ex falſo intellectu v̄boꝝ Tho.
ac ſi dixiſſet ꝙ volũtas non poſſet eſſe libera niſi rõ actu
cõcipiat diuerſa. vel niſi actu formaret diuerſas ꝯceptio-
nes de eodẽ. Ipſe eniꝫ hoc nõ intendit: ſicut patet ex v̄bis
eius q̄bus ait. Ex hoc voluntas põt in diuerſa ferri. qꝛ rõ
põt habere diuerſas boni cõceptiones. ⁊ illud eſt optime
dictũ ſi intelligat̃. nõ ex hoc ꝙ rõ ꝯcipiẽs bonũ ſub rõne
aliqua vna põt ꝯcipere bonũ: illud ſub rõne alia. ſ. in ordi
ne ad finẽ: vel ꝑter ordinẽ ad finẽ ⁊ ſub diuerſis circũſtã-
tijs debitis vel indebitis appetit⁹ que ꝯñter ſe hñt ad ta-
lez potẽtiã ſic apprehẽſiuã: nõ habet neceſſe moueri vel
nõ moueri in bonũ ſic apprehẽſuz. Quia v̄o v̄tus ſenſiti-
ua nõ habet niſi vnã extimationẽ de obiecto cõueniẽti
vel diſcõueniẽti apprehẽſo. nec habere põt plures. Hinc
eſt ꝙ appetitus ipſã ꝯñs nõ põt quin moueat̃ ſic vel ſic.
⁊ eſt neceſſario determinatus ad vnum. Intelligit̃ igitur
Tho. ꝙ pro tãto dꝫ dici ꝙ rõ eſt cã libertatis. qꝛ. ſ. virtu-
tẽ ſic apꝑhẽſiuã nãlr ꝯſeqtur v̄t⁹ ſic motiua. ¶ Ad p̄^m igit̃ Ad p̄^m
dõm. ꝙ lꝫ tã boni q̄ mali habitu aliq̄ vel bono vel malo
iclinati ſequant̃ p̄^m appetitũ. dicũtur tñ hoc facere libere.
⁊ h̄. qꝛ lꝫ nõ formẽt actu aliquã aliã ꝯceptionẽ de obiecto
apꝑhẽſo q̄ illã ad quã formãdã ex tali habitu iclinãtur.
poſſent tñ aliã ꝯceptionẽ formare: ⁊ aliã extimationẽ eſti
mare de eodẽ obiecto. ⁊ ꝑ ꝯñs aliter moueri. vñ ex p̄ma
ꝯceptiõe ſiue eſtimatione nõ cõpellant̃ ſic moueri. lꝫ ſic
moueant̃. Et ſic pꝫ cã q̄re tales actiões ſunt libere. qꝛ rõ
poſſet alr ꝯcipe. ⁊ per ꝯñs volũtas aliter moueri ⁊ agere.
¶ Auctes Bern. oẽs debẽt ꝯcedi. qꝛ nihil aliḋ oñdũt ni-
ſi ꝙ libtas ſoli volũtati ineſt formalr: qḋ ẽt dicit Tho. ſicꝫ
pꝫ intuẽti. ¶ Ad 2^m dõm. ꝙ nec rõ nec voluntas eſt cã ſui. Ad 2^m
ita ꝙ ad nihil aliud debeat ordinari. vñ lꝫ rõ hẽat ordinẽ
ad volũtatẽ vt ad p̄^m mouẽs ꝑ modũ efficiẽtis rõne cui⁹
dic̃ Bern. ꝙ rõ eſt comes ⁊ pediſſequa volũtatis. ex h̄ tñ
nõ ꝯcludit̃ ꝙ nõ ſit cã libtatis: ſicꝫ lꝫ volũtas ordinet̃ ad
bonũ apꝑhẽſuz ꝑ rõnẽ. ⁊ ꝑ ꝯñs ad rõnẽ tanq̄ ad p̄m^m mo-
uẽs ꝑ modũ finis. nihilomin⁹ tñ eſt ſubiectuz libertatis.
¶ 3^a rõ ꝓbat ꝙ libertas ineſt volũtati formalr. ⁊ h̄ cõce- Ad 3^m
dimus. ¶ Qḋ Tho. dic̃ in p̄^a pte de hac mã loquẽs: put Ad 4^m
iſti hic recitãt. Silr v̄itatẽ habet ſi itelligat̃. Nõ. n. itẽdit
Tho. dicere. ꝙ v̄t⁹ ſẽſitiua apꝑhẽdat tñ vnũ. ita ꝙ nulla
v̄tus ſenſitiua poſſit apꝑhẽdere multa. cui⁹ oppo^m pꝫ i ſen
ſu cõi: qui apꝑhẽdit diuerſa obiecta ſenſuũ particulariũ: ſicꝫ
ipſi obijciũt. lꝫ itẽdit ꝙ nulla v̄tus ſẽſitiua facit plꝛes eſti-
matiões: vel facere põt de eodẽ obiecto. Et ipoſſe eſt ꝙ v̄-
tus appetitiua ſenſitiua niſi vno ⁊ eodẽ mõ circa idẽ obie
ctũ moueat̃. Nec itẽdit vt iſti opponũt. ꝙ ſi rõ nõ propo-
nat niſi vnũ appetibile ſẽſibile ipſi volũtati. ꝙ voluntas
ferat̃ in illud. imo qꝛ de illo eodẽ appetibili poſſet rõ for
mare aliã ꝯceptionẽ quã format qñ in illud mouet̃. ⁊ ſic
ꝑ ꝯñs nõ moueri i illud. iõ certe nõ cogit̃ ꝑ aliquã eſtima
tionẽ vnã ad modũ v̄tutis ſẽſitiue ſic determinate moue-
ri in illud in qḋ mouet̃. ¶ Obiecta igit̃ ꝯ hec ex falſo in-

tellectu ꝓcedūt:ſicut pꝫ intuēti verba ipſius Thome.

Articulus vndecim⁹. De h̄ qḋ Tho. dicit vel videt̄ dicere. q. lxxv. ar. ij. in rn̄ ꝓn. ꝙ rō eſt ꝓpriū ꝓn^m mali actus. ⁊ vt ibidē dicit̄ logt̄ ḋ rōne diuiſa ꝯ volūtatē. Iſti dicūt ſe inueſtigaſſe i dictis ei⁹. qḋ tn̄ nō ē verū.

Corruptoriū. Si ſic itelligat propriū ꝓn^m mali act⁹. i. illud qḋ ꝓprie fac̄ malū eſt rō: ſic falſuꝫ eſt qḋ dic̄. ⁊ ēt vr̄ erroneū. Tū qꝛ ex h̄ ſequit̄ ꝙ nō ſit pctm̄ i volūtate: niſi fuerit ꝓus error in rōne. qḋ reputat̄ erroneū: vt alis oñſum ē. ⁊ eſt ꝯ Aug^s in li⁰ de nā ⁊ grā. c. v. Tū qꝛ aliqd eēt pctm̄ ꝑꝑ defectū rōnis nō volūtatis. ⁊ ſic nō oē pctm̄ eēt volūtariū. Tū qꝛ ēt cuꝫ rō cogi poſſit faceret hō pctm̄ ēt inuitus. ⁋ Qꝛ aūt nō rō ſed voluntas ſit ꝓpriū ꝓn^m mali act⁹. Aug. de duab⁹ aiab⁹. Nō niſi ſquit volūtate peccat̄. ⁋ Itē. xxij. ꝯ Fauſtū. c. xliiij. Niſi iniquitas ⁊ iniuſtitia eēnt in volūtate nō eſſent in ptāte. ⁋ Itē de vita clericoꝝ. c. v. Hec oīa mala de vna radice pullulāt ꝓprie volūtatis. ⁋ Itē Anſelm̄ in li⁰ de ſilitudini bus. c. v. dic̄. Propterea volūtas in hoīe eſt exordiū oīs mali. Et idē in li⁰ de caſu diaboli. c. xix. Nulla res dr̄ mala niſi volūtas ⁊ ꝑꝑ volūtatē. Si aūt itelligat̄ ꝙ propriū ꝓn^m mali act⁹. i. diſtīctū ꝓn^m mali act⁹. ⁊ illud per qḋ eſt diſtō in malo. ſic videt̄ verū qḋ dic̄. ꝙ rō ē ꝓpriū ꝓn^m mali act⁹. ꝙ. n. volūtas diſticte appetat h̄ ab illo: ſi bonuꝫ fuerit ſiue malū: h̄ hꝫ a rōne miſtrāte ⁊ apphēdēte. ita ꝙ rōis diſtio dicat̄ diſtictiua cā ſine q̄ nō ⁊ ſolū. lꝫ aūt h̄ qḋ dic̄. ſ. rō eſt ꝓpriū ꝓn^m mali act⁹: ſub h̄ ſēſu poſſit eē verū. tn̄ h̄ 2^m mēbrū diſtōnis nō vr̄ iplicari i h̄ qḋ dic̄. nec hūc ſēſuꝫ vr̄ ꝓſeq̄ in ſua rn̄ſiōe. vn̄ nō vr̄ multū ſufficiēter ꝑ h̄ excuſari.

Reſpōſio ad hec ſm̄ Tho. Nō potui inuenire qḋ hic inducit̄ ſub his v̄bis. q̄lr aūt rō eſt cā vel ꝓn^m imediatuꝫ act⁹ hūani docet Tho. in ꝓ⁰ 2ᵉ. q. lxxv. ar. ij. per qḋ pꝫ ꝙ ea q̄ ꝯ eū hic obijciunt̄ nō ſūt ꝯ ipꝫ. In rn̄ſiōe. n. ꝑ. illi⁹ ar. ſic ait. Immediata cā act⁹ hūani ē rō ⁊ volūtas: ſꝫ ꝙ hō ē li. ar. Cā āt remota ē apphēſio ſēſitiue ptis. ⁊ ēt appetit⁹ ſēſitiu⁹. Sic. n. ex iudicio rōnis volūtas mouet̄ i aliqd ſꝫ rōneꝫ: ita ēt ex apphēſiōe ſēſus appetit⁹ ſenſitiu⁹ iclinat̄. que qdē iclinatio qñqꝫ mouet ⁊ trahit rōnē ⁊ volūtatē. Sic g̃ duplex cā pcti interior aſſignari pōt. vna ꝓxia a pte rōnis ⁊ volūtatis. Alia remota a pte imaginatiōis ⁊ appetit⁹ ſēſitiui. Sꝫ qꝛ cā pcti ē aliqḋ bonū apparēs cū defectu debiti motiui. ſ. regle cōis vel legis eterne ſiue diuie. ipꝫ motiuū qḋ ē apparēs bonū ꝑtinet ad apprehēſionē ſēſus ⁊ ad appetitū ſēſitiuū. Ipſa v̄o abſentia regule ꝑtinet ad rōnē. q̄ nata eſt hꝰ regulā ꝯſiderare. Sꝫ ipſa ꝑfectio act⁹ volūtarij ꝑtinet ad voluntatē. ita ꝙ ipſe act⁹ volūtatis ꝓmiſſis ſuppoſitis iā ē qḋdā pctm̄. Hec ſūt v̄ba Tho. ex gb⁹ pꝫ. ꝙ nō ponit ꝙ rō excluſa volūtate (ꝑut iſti falſo iponūt ſibi) ſit ꝓpriū ꝓn^m vel cā mali act⁹ cū ponat pctm̄ i volūtate ꝯſiſtere. i. i ipſo actu volūtatis. vn̄ mirū ē ꝙ hꝰ falſe volebāt iponere viro ſcō ⁊ caꝫ catholico doctori. Nec ē facile eos ꝗ nitunt̄ ſine aliq̄ rōe: vt ex dcis pꝫ inexcuſabilē eū cōprobare: aliq̄lr in h̄ excuſari poſſe.

Articulus duodecim⁹ de h̄ qḋ Tho. dic̄ in ꝓ⁰ 2ᵉ. q. cij. ar. v. in rn̄. iiij. arg. ꝙ mr̄imoniū fuit i veteri lege ꝑut fuit in offm̄ nāe. nō ꝑut eſt ſacr̄m ꝯiunctionis chriſti ⁊ eccl̄ie: que nōdū erat fcā. Vn̄ i veteri lege dabat̄ libellus repudij. qḋ eſt ꝯtra rōnē ſacramēti.

Corruptoriū. Hec poſitio vr̄ eſſe ꝯ Aplum ad Eph. v. Propter h̄ inqt relinquet hō prēꝫ ⁊ matrē: ⁊ adherebit vxori ſue. ⁊ erunt duo in carne vna. Sacr̄m hoc magnuꝫ eſt. ego aūt dico in chr̄o ⁊ in eccl̄ia. Vbi dic̄ glo. ꝙ ꝑdicta auctas ſūpta ē de Gen. c. ij. Sꝫ qḋ accipit̄ ḋ chr̄o ⁊ eccl̄ia: iā n̄ duo: ſꝫ vna caro ſūt ⁊c̄. Et īfra dic̄ alia gl. hui⁹ igt ſpūalis vnitatis. ſ. chr̄i ⁊ eccl̄ie ſacr̄m fuit iſtud; qḋ in Geneſi de vnione ꝯiugij loqtur ad lr̄aꝫ. Pꝫ g̃ ex textu apl̄i ⁊ ex glo. ꝙ mr̄imoniū fuit in veteri lege ſacr̄ꝫ ꝯiūctiōis chr̄i ⁊ eccl̄ie. cui⁹ ꝯriū dicit. ⁋ Itē qḋ addit pro rōne ſue pōnis. ſ. q⁹ ꝯiūctio chr̄i ⁊ eccl̄ie nōdū erat facta: nihil vr̄ valere. qꝛ imolatio agni paſchalis: ⁊ quedā alia ſacrificia: fuerūt ſacr̄m imolatiōis paſchalis: que nōdū erat cōpleta. ⁋ Itē qḋ addit de libello repudij: nihil valet. qꝛ repudiare vxorē non fuit de inſtōne mr̄imonij: imo ꝯ inſtōnē. fuit tn̄ ꝑmiſſū a Moyſe vt minus malū: ne peiora fierēt. qḋ fuit fcm̄ ad duritiā cordis eoꝝ. Mat. xix. Et iḋ cū diuiſio ꝑ repudiationē fuerit illicita. pꝫ ꝙ mr̄imoniū veteris legis fuit idiuiſibile. ⁊ iḋ non repugnāte repudio illicito fuit ſacr̄ꝫ ꝯiūctiōis chr̄i ⁊ eccl̄ie: cuius ꝯriuꝫ dicit. Hec ſunt v̄ba eoꝝ. qui niſi ſunt cape holem in ſermone: plura ꝯ primā ſcōe non habēte. 2

Reſponſio ad hec ſm̄ Tho. Qꝛ iſti in h̄ ar. vi. partis huius doctori nr̄o ꝯdicūt. ⁊ ipſuꝫ arguūt min⁹ iuſte: pꝫ ex doctrīa ei⁹ ſup. iiij. ſniaꝝ. diſt. xxvi. q. ij. in ſolutiōe. q. vbi dic̄ ſic. Mr̄imoniū ſꝫ ꝙ ordinatur ad ꝓcreationē ꝓlis q̄ erat neccīa ēt pctō nō exñte iſtitutū fuit an̄ pctm̄. Scḋꝫ aūt ꝙ remediū ꝓbet ꝯ vuln⁹ pctī iſtitutū fuit poſt pctm̄ tpe legis nāe. Scḋm autē determinationē ꝑſonaꝝ inſtitutū fuit poſt pctm̄ tpe legis Moyſi. ſꝫ ſꝫ ꝙ repñtat myſteriū ꝯiūctiōis chr̄i ⁊ eccl̄ie iſtitutionē habuit in noua lege. Et ſm̄ h̄ eſt ſacr̄m noue legis. vn̄ q̄tum ad hoc ꝙ mr̄imoniū eſt ſacr̄m noue legis nō erat inſtitutū an̄ chr̄ꝫ. Sic̄. n. ipſa lex noua an̄ chr̄m nō erat lata nec ꝓmulgata: ſic nec ſacr̄m noue legis an̄ chr̄m erat iſtitutū. ⁋ Ad ꝓ^m qḋ in ꝯriū iſti obijciūt rn̄det Tho. pte vi. q. lxi. ar. ij. in rn̄ſione vltimi arg^i vbi ſic ait. Mr̄imoniuꝫ fuit inſtitutū in ſtatu inocētie. ſꝫ ſm̄ ꝙ eſt in officiū nāe. Ad p^m ex ꝯñti tn̄ aliqd ſignificat futuꝝ: eccleſiā. ſic̄ ⁊ oīa alia in figura chr̄i ꝓceſſerūt. quoꝝ quedā fuerūt ſacr̄a veteris legis ſignificātia: que futura erāt circa chr̄ꝫ. a gb⁹ differūt ſacr̄a noue legis in hoc. ꝙ ſꝫ ea q̄ iā facta ſūt circa chr̄m ſic̄ baptiſm⁹ ⁊ euchariſtia. q̄ ſignificāt paſſionē vel mortē chr̄i iā factā. vn̄ mr̄imoniū nō potuit eē ſacr̄ꝫ noue legis: donec ſignificar̄ potuit ꝯiūctionē chr̄i ⁊ eccl̄e iā factā. qḋ facere nō potuit an̄q̄ eēt. potuit tn̄ ꝑus ꝑfigurare illā futurā. Sic̄ imolatio agni paſchalis ꝑfigurabat paſſioneꝫ chr̄i futurā. que tn̄ nō erat ſacr̄ꝫ noue legis. Eodē mō mr̄imoniū q̄ndiu ſignificabat iſtā ꝯiūctionē chr̄i ⁊ eccl̄e vt futurā. dici nō potuit ſacr̄m noue legis. Vn̄ vt dictuꝫ eſt. ꝙ ſacr̄m noue legis nō erat an̄ chr̄ꝫ iſtitutū. ꝑut tn̄ hr̄ i glo. quā 2⁰ allegāt: potuit ꝑus illi⁹ vniōis ieffabilis dici ſacr̄ꝫ: inq̄tū illud ꝑfigurabat vt dictū eſt. ⁋ Ex hiis pꝫ ꝙ nihil Ad 2^m valet qḋ obijciūt ſcḋo. Manifeſtū eſt enīꝫ ꝙ lꝫ imolatio agni paſchalis ⁊ q̄dā alia ſacrificia: paſſiōeꝫ chr̄i futurā ꝑfigurabāt. ꝑꝑ h̄ tn̄ ſacr̄a noue legis dici nō potuerūt: ſꝫ poti⁹ ad legē in qua erat ꝓmiſſio chriſti ventur̄ ꝑtinebāt. ⁋ Qui dicūt 3ᵐ nihil valere: ſalua pace eoꝝ ſatis pulchre dr̄ ſi intelligat̄. min⁹ enī licuit ꝑmiſſio de libello repudij: poſtq̄ mr̄imoniū i noua lege ē iſtitutū vt ſacr̄m vnionis chr̄i ⁊ eccl̄ie iā facte q̄ i veteri lege. qn̄ hꝰ iſtōnē hr̄e n̄ potuit: vt ex dictis pꝫ. vn̄ tūc ꝑmittebant̄ vxorē dimittere. ⁊ plēs vxores ſil̄ hēre. qḋ nō decet nunc ꝑmitti. ꝑꝑ qḋ nec aliq̄ rōne ꝑmittunt̄ ꝑꝑ ꝑdictā mr̄imonij inſtōnē in noua lege. Nec intēdit Tho. dicere. ꝙ mr̄imoniū veteris legis hēat diuiſibilitatē. vel ꝙ nō eēt indiuiſibile. nec dic̄ repudiū fuiſſe licitū. ſꝫ vt dictū ē ꝙ ꝑmiſſio de repudio magis repugnat mr̄imonio i noua lege q̄ in veteri: vt dictū eſt.

⁋ Finis prime ſecunde.

⁋ Correctoriuꝫ corruptoꝝ in ſecundā ſecunde.

Articulus

Articulus prim⁹. De ꝓ qḋ Tho. dicit .q.xxiiij.ar.v.in reſpoſione pn̄.ꝙ charitas nullo mō pōt augeri per additionē charitatis ad charitatē.ſed ſm ꝙ ſubiectū magis participat charitatem.i.magis reducitur in actum illius: ⁊ magis ſubijcitur illi.

Corruptorium. Primū qḋ dicit ꝙ charitas nullo mō pōt augeri per additionē charitatis ad charitatē: videt̄ falſum ⁊ ſonare in p̄iudiciū diuine potētie. Scḋz ēt qḋ ponit charitatē augeri per ꝓ ꝙ reducit̄ ſubiectū in actū illi⁹: ⁊ magis ſubijcit̄
1 illi:nō videt̄ eſſe verū. ¶ Primū videt̄ ꝙ per hoc ſit falſum.q2 nos videm⁹ chriſtū bis dediſſe ſpūm ſcm̄.ſemel in terra poſt reſurrectionē Jo.xx.⁊ ſel̄ de celo Act.ij.⁊ vtraq̄ vice diffuſa eſt charitas per ſpūm ſcm̄:vt dic̄ apl̄s Ro. v.ergo vel in ſcḋa datiōe amiſerāt charitatē quā in p̄ma acceperāt.qḋ nō creditur.vel augmētata eſt charitas per
2 additionē ab extrīſeco. ¶ P̄.ꝙ deus ſcīs quibuſdā:vt beate v̄gini ⁊ btō Paulo in p̄ infuſione multo maiorē dederit grāz q̄ alijs ſcīs:vt Lino.ſ3 oē excedēs diuidit̄ in illō
t.p^m.7i. qḋ excedit̄.⁊ ī augmētū.vt dicit̄.iiij.phyſi^r.ḡ maior charitas Pauli pōt diuidi in tātūdē q̄tū h3 Lin⁹:⁊ ampli⁹. Sꝫ oē diuiſibile qḋ dat de⁹ ſimul ⁊ ſemel pōt ipſe dare p partes ſucceſſiue.ex quo diuiſim ptes dari ⁊ hēri pñt.ḡ illā magnā charitatē quā de⁹ dedit vna vice potuit Paulo dediſſe plurib⁹ vicib⁹.ſ3 ꝓ nō eſt poſſe niſi charitas poſſit au
3 geri per additionē charitatis.ergo. ¶ Ulterius modum augmēti charitatis quem ipſe ponit nō reputamus verū .ſ.per hoc ꝙ ſubiectū magis ac magis reducit̄ in actum illi⁹.⁊ ſubdit̄ illi.aut loq̄t̄ de actu charitatis qui eſt vt habit⁹:aut qui eſt vt vſus.ſi loqtur de actu vt habit⁹:tūc idē ac ſi diceret.ꝙ habit⁹ charitatis auget̄ per ꝓ ꝙ aīa vel volūtas magis reducit̄ in habitu charitatis illi⁹.⁊ ꝓ eſt petere.qḋ d3 oſtēdere tanq̄ ſi diceret.quātitas pueri auget̄ per hoc qḋ magis reducit̄ in quātitatē.⁊ hoc nihil eſt dictu. Si aūt loq̄tur de actu vt eſt vſus:ſub ꝓ ſenſu habit⁹ charitatis magis ac magis augetur per ꝓ ꝙ aīa vel volūtas magis reducit̄ in vſuz charitatis abſq̄ additiōe extrinſeca.ſic intelligēdo nō videt̄ nobis ꝙ ſit verū.q2 ſm hoc ſolū p̄ma generatio charitatis eēt per infuſionē.⁊ totū augmētū eēt per aſſuefactionē ⁊ exercitiuꝫ.ita charitas rōne ei⁹ qḋ p̄ infundit̄ eēt v̄tus infuſa.⁊ rōne tot⁹ augmēti eēt v̄tus ꝯſuetudinalis:imo in multis plus ꝯſuetudinalis q̄ infuſa.q2 in multis multo plus eſt qḋ accreuit per augmētū q̄ qḋ īfundit̄ p̄:ſicut videt̄ in nālib⁹.ꝙ modicū ſemē plāte creſcit in magnā arborē vel in magnū aīal.hoc aūt nullus dicit ꝙ charitas ſm aliquid ſui vel pro magna pte
4 ſui ſit v̄tus ꝯſuetudinalis. ¶ P̄.tā v̄tutes itellectuales q̄ morales illo mō quo generant̄ illo mō augmētant̄.ergo
cap^o z^o ſilr v̄tutes infuſe.de itellectualib⁹ v̄tutib⁹ dic̄ ph̄s.ij.eth. Intellectualis igr̄ v̄tus plurimū ex doctrina h3 gnātionē ⁊ augmētū. ¶ Jtē3 eodē li.c.iij.infra de moralibus dicit. Nō ſolū generationes ⁊ augmētationes ⁊ corruptiōes ex eiſdē ⁊ ab eiſdē fiūt:ſed opationes in eiſdē erūt.Et infra idē.c.iij.Cī gdē igit̄ v̄tus delectationes ⁊ triſtitias.⁊ q̄ ex quibus ſit:⁊ auget̄ ⁊ corrūpit̄ tn̄ dictū ſit. Rōnes quas
5 pro ſe adducit nō cogūt. ¶ Pria eſt talis. Simplex ſim
t.p^m.58. plici additū nō facit ipſuz maius:vt pbat̄.vi.phyſicoꝝ. Sed charitas eſt ſimplex.ḡ nō fit maior per additionē. ¶ R̄n̄⁹ ſicut duplex eſt quātitas.ſ.molis ⁊ v̄tutis:ſ3 Aug^m ita duplex eſt ſimplex.ſ.mole ⁊ v̄tute.⁊ ſilr maius ⁊ etiā ſimplex mole quātū v̄tute pōt eſſe.ita in oib⁹ formis preterq̄ in mathematicis.vnde charitas eſt ſimplex mole ⁊
6 quāta virtute. ¶ Scḋa rō quā ponit eſt iſta. Si charitas augeret̄ per additionē charitatis:opoꝫ illā cui fit additio.⁊ illā que addit̄ diſtingui:ſaltē per itellectū. Sed charitas a charitate in eadē aīa non pōt diſtingui.q2 nec ſm ſpēm nec ſm numeꝝ. Nō ſm ſpēm.q2 talis diſtīō habemus ſumit̄ penes obiecta. Sed charitas a charitate penes obiecta nō diſtiguit̄.ſed reſpectu eorūdē obiectoꝝ ſunt. Nec ſ3 numeꝝ diſtinguūtur.q2 talis diſtīctio eſt per ſubiecta ⁊ talis nō pōt eſſe in vna aīa. ¶ R̄n̄⁹ arguit ab inſufficiētia.q2 alius eſt modus diſtīōnis ſm numerū q̄ ſm ſubiecta:
p tp̄s.ſ.⁊ per mutationē tpīs.ſic dic̄ ph̄s.v.phyſicoꝝ.⁊ p3 T.p^m.z.
per ſe.q2 eſt alia ſanitas que p̄cedit infirmitatē.⁊ que ſequitur eam.Conſimiliter de charitate que infunditur in vno tempore.⁊ que infunditur in alio tempore.

Reſponſio ad hec ſm Thomā. Jſte cauillatiōes p̄cedūt ex falſa imaginatiōe ſūi augmentū charitatis ad modū augmēti corporalis in quo fit additio quātitatis ad q̄titatē.nō intēdentes ꝙ aliq̄ mō augmētātur vel intēdūtur q̄litates ſimplices ex ſuis cauſis.ſ.ex cā agente ⁊ recipiēte. Agēs enī3 in nālibus intendit reducere patiēs qḋ eſt in potētia ſue ſilitudinis quātū poteſt. Sicut aūt nō calidū eſt potētia ad calidū:ita minus calidū eſt ī potētia ad magis calidū.vn̄ ſicut p actionem calidi efficit̄ de non calido calidū.q2 calor qui eſt in potētia reducit̄ ad actū.ita ēt min⁹ calidū efficit̄ magis calidū p actionē calidi.inquātū educit̄ calor qui erat in actu ipfect⁹ ad maiorē perfectionē ⁊ maiorē aſſilationē agētis.⁊ ꝓ ꝯtigit ſ3 ꝙ potētia ſubiecta eſt actui.que qdē quātuꝫ in ſe eſt ad multa ſe habēs:magis ac magis terminatur ſub actu illo qḋ fit.vel q2 auget̄ virtus agētis:ſicut ex ꝯiūctiōe pluriū luminariū.vel q2 ex parte materie inducitur aliq̄ diſpoſitio pp quā efficit̄ ſuſceptibilior iſtius actus.ſic aer quanto plus attenuat̄ tāto fit ſuſceptibilior ipſi⁹ luminis. Jntēſio aūt charitatis nō fit ex hoc ꝙ v̄tus agētis fortificet̄.ſed tn̄ ex hoc ꝙ nā recipiēs (que quantū in ſe eſt diſpōnē quandā h3 ſm ꝙ eſt in potētia pura) magis ac magis p̄parat̄ ad ſuſceptionē grē.⁊ hoc ſm ꝙ ex dicta multitudine ⁊ ꝯfuſione potētialitatis in vnū colligitur per opationes quibus ad charitatē maiorē ſuſcipiendā p̄parat̄. Et iō Dionyſius pfectionē ſanctitatis ſemper deſignat per hoc ꝙ eſt ex ptita vite in vnitā ꝯſurgere. Et ſic p3 ꝙ augmētuꝫ charitatis ſimile eſt.nō quidē augmēto quātitatis:qḋ fit per additionē quātitatis (vt iſti imaginātur ⁊ falſo) ſed augmēnto qualitatis ſimplicis qḋ fit per intēſionē.per hoc.ſ.ꝙ ab impfecto ad pfectū reducitur:vt dictū eſt. ¶ Ad p̄^m in ꝯtrīū dicēdum.ꝙ l3 chriſtus
bis legat̄ dediſſe ſpm̄ ſcm̄ diſcipulis.ad qḋ ꝯn̄s eſt ꝙ cha Ad p̄^m
ritas fuit augmētata in eis.nō tn̄ ſequitur ex hoc modus augmētationis per additionē vt ipſi fingūt.ſed ꝙ ſpūs ſanctus ſecūdo adueniēs charitatē que p̄us erat minus perfecta ad vlteriorē deduxerit pfectionē ac maiorē ſui ſimilitudinē.ſic calidū intēſuꝫ agēdo in minus calidū calorē prius impfectū ad gradū deducit pfectiorē. Rō aūt non plus cogit niſi ꝙ cā agens in augmento charitatis fuit ab extra. Sed ipſi imaginati ſunt ꝙ aliqd charitatis fuit ab extra creatū.⁊ poſtmodū aīe infuſuꝫ.⁊ p̄ori charitati adiunctū:qḋ puerile ac friuolū eſt. Jllud enī3 charitatis de nouo creatū nō pōt accipere eſſe niſi in ſubiecto cū ſit accidēs. Jn eodē aūt ſubiecto non poſſunt eſſe due charitates. Jmpoſſibile eſt enī formā eiuſdem ſpēi in vno ſubiecto numero plurificari.ſic patet ex dictis Thome hic ⁊ in primo ſentētiarū.diſtīn.xvij.q.ij. ¶ Ad z^m dicēdū.ꝙ ma
gnitudo charitatis collate beate v̄gini vel ſancto quātū Ad z^m
cunq3 magno:nō h3 diuiſibilitatē ad intra.cuꝫ tam rōne ſuipſius q̄ rōne ſubiecti ſit per ſe ⁊ per accidēs indiuiſibilis. Jlla autē cauillatio procedit ac ſi hēret partibilita

tem ad intra per modū quantitatis.qꝛ tunc poſſet ei vna
pars dari ſine alia.vel ſimul cū alia.nūc autē hꝫ partes
nō hꝫ.dicit͂ aūt huiuſmodi habitus charitatis vel ali⁹ ꝯſi
milis maior vel minor.ſm ꝙ eſt īteſior vel remiſſior.que
qdē magnitudo eſt magnitudo v̄tutis nō molis.que ꝑti
net ad gen⁹ quātitatis:vbi ꝯtigit partē ⁊ ꝑtē accipe.⁊ per
ꝯñs partē ꝑti copulādo augmētū inuenire. ¶ Qđ aūt vlte
rius dicit.oē excedēs diuidi pōt rē.Si intelligat de diuiſio
ne reali ⁊ exceſſu v̄tuali:falſū dic͂ ⁊ impoſſe.manifeſtū eſt
eni ꝙ vna forma īdiuiſibilis ⁊ ſimplex (quā impoſſe eſt
per ptes diuidi:cū nullas hēat) pōt aliā in v̄tute excede
re.pōt tñ ibi eſſe diuiſio ſm rōnē.ex eo ꝙ itellect⁹ pōt il
laꝫ v̄tutē partialr̄ itelligere.accipiēdo illud in quo equat͂
alteri.⁊ in quo excedit illud idē.Uerbi gr̄a.Poſſum acci
pere per itellectū in charitate beate v̄ginis gradū in quo
equatur charitati Lini.⁊ gradū in quo equatur charitati
Petri.⁊ gradum vlterioreꝫ in quo excedit charitatē vtri
uſqꝫ.Iſta autē partibilitas nō cadit in ipſa re que eſt in
diuiſibilis.ſꝫ in ipſa rōne rē eādē gradatim ⁊ partialiter
Ad 3ᵐ ꝯſiderāte. ¶ Ad 3ᵐ dōm.ꝙ Tho.loqtur ꝙ ipſo actu cha
ritatis qui eſt habit⁹.⁊ verꝫ eſt ꝙ idē eſt aiaꝫ ſubijci chari
tati ⁊ huic actui.nec tñ ſeqtur ꝙ iſtud nō faciat ad decla
rationē ſue poſitionis.Planū eſt eni ꝙ iſtā veritatē igno
rabāt qui augmētū charitatis non per hoc ꝙ aīa ei ſubij
ciatur amplı⁹.ſꝫ per hoc ꝙ noua charitas ꝑori adijcit͂ he
ri eſtimabāt.Quātitas vo pueri alio mō ꝙ̄ per intēſionē
hꝫ.ſed per additionē ⁊ extēſionē hꝫ fieri.Unū manifeſtū
Ad 4ᵐ ē qđ pro eis fecit Thomas in hac ꝑte. ¶ Ad 4ᵐ dicēdū.
ꝙ illud qđ adducit de ph̄o.ıȷ.ethicoꝝ.ꝙ ex eiſdeꝫ gene
rātur virtutes ⁊ corrūpunt͂ ⁊ augmētātur:nihil facit pro
eis.Nō eniꝫ intēdit Tho.ꝙ act⁹ charitatis ſecundus qui
nō eſt ſua cēntia inducat augmētū charitatis per modū
cauſe agētis ſꝫ per modū meriti de congruo diſponentis.
Ad 5ᵐ ¶ Qđ dicūt 5° ad rōnem primā.ꝙ charitas hꝫ quātitatē
virtutis.ꝙ̄uis non molis.rōne cuius augeri pōt per addi
tionē:friuolū eſt.qm̄ quātitas v̄tutis nullā ponit diuiſibi
litatē vel partiū pluralitatē in eo cui⁹ eſt vt̄ per ꝯñs non
pōt itelligi rōne hui⁹ quātitatis aliquā partē vnā alteri ſu
Ad 6ᵐ ꝑuenire.⁊ ſic per additionē augmētationē facere. ¶ Qđ
dicūt 6° ad rōnē ſecundā ꝙ alius eſt modus diſtōnis ſm
numerū ꝙ̄ ſm ſubiecta per tēpora.ſ.ſiue per mutationē
tēporis.manifeſtū eſt ꝙ̄liter nō itelligūt qđ dicūt.ꝙ eniꝫ
aliq̄ forma in ſubiecto manēs variet͂ vel diſtiguat͂ ex ſo
la variatiōe tpis abſqꝫ ſua corruptiōe media.oīno eſt im
poſſibile.Sic pꝫ ī exēplo qđ ipſi pro ſe adducūt.Impoſſe
eni foret ſanitatē in eodem ſubiecto numero diſtigui vel
numerari ex ſola tpis varietate.niſi.ſ.per īfirmitatē me
diā corrūperet͂.Silr̄ ēt īpoſſe eſt charitatē ꝑorē diſtigui a
charitate ſequēti ex ſola tpis varietate niſi ꝯcīgat͂ medio
tpe ipſaꝫ charitatē ꝑorē corrūpi.vt̄ pꝫ ꝙ ꝑdicta miſſio fri
uola eſt ⁊ vana.ꝙ.ſ.charitas que infundit͂ vno tpe diſtin
guat͂ ab illa alia charitate que infundit͂ alio tpe.manente
enim charitate priore:nulla alia infunditur noua.ſed illa
que prefuit ad maiorē perfectionem ⁊ ſimilitudinē cum
charitate ſumma ſpiritusſancti ⁊ agētis reducitur.

Articulus Secundus de ꝗ ꝙ Tho⁹ dicit ſecunda ſecūde. que
ſtione.xxiiij.arti.vij.in reſponſione principa
li.ꝙ augmento charitatis in vita iſta nullus
terminus prefigi poteſt.

i Corruptorium. Putamus ꝙ non ſit verum
iſtud.Oē.n.finituꝫ pōt veni
re ad quātitatē cuiuſlibet finiti ſui generis.Imo incōpa
rabiliter trāſcēdere.Cū igit͂ charitas chr̄i finita fuerit.qꝛ
creata.⁊ ēt beate v̄ginis.⁊ ēt ſit eiuſdē generis cū charita
te alioꝝ hoīum:poſſet charitas cuiuſlibet viatoris ſi cre
ſceret in īfinitū trāſcēdere charitatē chr̄i ⁊ beate virginis.
qđ eſt horribile audire piȷs aurib⁹. ¶ P̄.quāto magis au 2
geret͂ habitus dilectiōis:tāto magis intēderet͂ actus dili
gēdi.ergo ſi habit⁹ augeri pōt in īfinitū:⁊ act⁹.Sed actus
nō pōt:ꝗre nec habitus. ¶ P̄.hoc ē ꝯ Aug⁹ dicit li° p̄ re 3
trac.c.vi.vbi ponit͂ retractatio libri de morib⁹ eccl̄e.Hoc
qđ dixi:deū quē cognoſcere volum⁹:ꝑus plena charitate
diligimus.meli⁹ diceret͂ ſincera ꝙ̄ plena.niſi forte puret͂
charitatē dei nō futurā eē maiorē:qñ videbim⁹ facie ad
faciēꝫ.Si vtiqꝫ accipiat͂ tanꝙ̄ plena:dicta ſic qua maior
eē nō poſſit:ꝙ̄diu ambulam⁹ per fidē. ¶ Itē in libro de 4
ꝑfectiōe iuſtitie.aū mediū.Charitas vt habeat͂ tāta quā
ta haberi pōt in corꝑe mortis hui⁹ paꝝ eſt nr̄e voluntatis
arbitriū:niſi adiuuet gr̄a dei per chriſtū dn̄m nr̄m. ¶ Ex
his auctab⁹ pꝫ.ꝙ nō ē charitas augmētabilis ī īfinituꝫ in
hac vita:aliogn nō poſſet ī hac vita tā plena eē ꝙ nō poſ
ſet maior eē.cui⁹ ꝯriū dicit p⁹ auctoritas. ¶ P̄.ſi eēt aug
mētabilis in īfinitū:nō hēret͂ tāta ꝙ̄ta hēri pōt.Cui⁹ ꝯriū 5
dic͂ ſcb̄a auctas. ¶ P̄.rō quā adducit pro ꝯfirmatiōe pō
nis ꝑdicte:ſumit͂ de gloſa ad Philip.iij.ſup illō.Nō ꝗ iā
acceperi aut iā ꝑfect⁹ ſim.Glo.Nemo fideliū (⁊ ſi multū
profecerit) dicat:ſufficit mihi.Qui eniꝫ hoc dicit:exit de
via:vel qeſcit in via āñ finē. ¶ Rñſio.duplex ſufficiētia
charitatis pōt itelligi.vna eſt ſufficiētia habit⁹.Alia ſm
vſum ⁊ numeꝝ meritoꝝ.Glo.ꝗ nō negat tātā ſufficiētiā
charitatis in via poſſe hēri qua maior nō poſſit:ſed negat
hoc de vſu ⁊ ſufficiētia meritoꝝ:que vere nunꝙ̄ ſunt tot
⁊ tāta in via:qn plura ⁊ maiora poſſint eē.⁊ qn adhuc ad
maiora debeat conari.Et ꝙ ſic itelligēdū ſit pꝫ ibidē per
gloſaꝫ:que ita dic͂.Hoc de ſe Apl̄s ait.Nō ꝙ iā acceperit
aut iā ꝑfect⁹ ſim.qꝛ hoīes laborādū ſibi itelligere debent
vt iuſtificationū merita ac ꝑfectiōs metaꝫ adipiſcantur.
¶ Alia rō eſt ſolis quā ponit.Termin⁹ nō ꝑfigit͂ augmē 6
to forme alicui⁹:niſi vel rōne forme in ſe.vel rōne cauſe
agētis.vel ex ꝑte ſubiecti recipientis.rōne ipſi⁹ charitatis
in ſe termin⁹ ꝑfigi nō pōt.Ipſa eni charitas ſm rōnē pro
prie ſpēi terminū nō hꝫ.Eſt eni ꝑticipatio īfinite charita
tis que eſt ſpūſſcūs.Nec ēt rōne cāe agētis.ſ.dei.qꝛ ipſe ē
īfinite v̄tutis.nec ēt rōne recipiētis.qꝛ creſcente charitate
ſēꝑ creſcit habilitas ad maiorē adhuc charitatē ꝑticipā
dū. ¶ Rñ͂ dicim⁹ ꝙ ad min⁹ duob⁹ modis ꝑfigit͂ termin⁹
augmētationi charitatis.Pͥo rōne ſuiipſi⁹ in ſe.eo ꝙ eſt
forma hn̄s ꝯriū.Forme.n.augmētabiles in īfinitū ꝯriuꝫ
nō hn̄t.ſic pꝫ in ſpēb⁹ quātitatis cui nihil eſt ꝯriū:vt dicit In ꝑdi-
ph̄s.Cui⁹ rō eſt.qꝛ ꝯria ſm ſuā diffōnē maxie a ſeinuiceꝫ camētis
diſtāt.Aliq̄.n.duo quoꝝ vtrūqꝫ vel alteꝝ augeat͂ in īfini
tū:diſtātia ipſoꝝ nec̄io augeret͂ in īfinitū.⁊ ita nunꝙ̄ eēt
maxia.Et iō illa ꝗꝝ vtrūqꝫ vel alteꝝ creſcit in īfinituꝫ:
nō pñt eſſe ꝯria.Et iō charitas ipſa que eſt forma hn̄s ꝯ
riū:neceſſe eſt ꝙ nō poſſit augeri in infinitū.Rō iſta tra
hit͂ ex v̄bis Cōmē.4° celi ⁊ mūdi ſup illā ꝑtē. manifeſtū ꝯᵐ.20°.
eſt ſi ſupra leue eēt leui⁹ accipe in īfinitū:leue nō eēt ꝯriū
graui:qꝛ ꝯria maxie diſtāt.Nec valet ꝙ charitas eſt que
dā diuīe ⁊ īfinite charitatis ꝑticipatio:que eſt ſpūſſcūs.ꝗ
pōt creſcere in īfinitū.qꝛ nō ſoluꝫ ex hoc poſſet inferri ꝙ
i Cor.13 que ſua ſunt. Et qm̄ religio eſt ad pfectionem charitatis quā pficit amor dei vſqȝ ad ↄtēptū ſui habere aliqd pprium repugnat pfectiōi religionis. Sȝ ſollicitudo que eſt circa bona cōia ad charitatē ptinere pōt. lȝ per hoc īpediri poſſit aliqs altior actus charitatis. vt cōtēplationis dei ⁊ inſtructiōis pximi. Ex quo pȝ. qȝ hr̄e ſupabūdātes diuitias in cōi eſt īpedimētū pfectionis: ſiue in rebus mobilibus ſiue īmobilib⁹. Hr̄e aūt de reb⁹ exteriorib⁹ in cōi ſiue īmobilibus quātū ſufficit ad ſimplicē victū pfectionē religionis nō impedit. ſi cōſidereƭ paupertas in cōparatione ad cōem finē religionis: que eſt vacare diuinis obſequijs. Si aūt ↄſideretur paupertas ad ſpeciales fines religionū. ſic tāto erit religio pfectior ſm paupertatē quanto habet paupertatē magis ſuo fini proportionatā. Et infra. Illis vo religionibus que ordinanƭ ad contēplandū: ⁊ contemplata alijs tradēdū per doctrinā: cōpetit hr̄e paupertatem: maxime ab exteriorib⁹ ſollicitudinibus expeditā. qḋ fit dū modica que ſunt neceſſaria vite ↄgruo tēpore pcurata ſeruātur. Hoc dn̄s paupertatis inſtitutor docuit. Legitur enī Joānis. xij. qȝ Judas habebat loculos: in qbus ea que mittebātur portabat. Et Joānis. iiij. legiƭ. qȝ cum dn̄s loqueretur cū Samaritana: diſcipuli ierāt in ciuitatē vt cibos emerēt. Legiƭ etiā Joānis. xiij. qȝ cū dn̄s dixiſſet Jude. Quod facis fac citius. putauerūt qȝ Judas habebat loculos. qȝ dn̄s diceret ei qȝ emeret neceſſaria ad diē feſtū. aut vt egenis aliqd daret. ergo exēplo lȝ pecuniā vel quācunqȝ aliam rē in cōmuni ſeruare ad vſus alicuius congregationis. ita qȝ nō repugnat: imo eſt ↄforme pfectioni chriſti: quā chriſtus docuit ſuo exēplo. Sȝ ⁊ diſcipuli (a quibus ois religio ſumpſit exordiū) precia prediorū conſeruabāt: ⁊ diſtribuebāt prout vnicuiqȝ opus erat. ¶ Ad idē adducit auctoritatē Proſpi de vita ↄtēplatiua. ⁊ habetur. xij. q. i. Satis ingt oñdit ⁊ ppria debere pter pfectionē cōtēni. ⁊ ſine īpedimento pfectionis poſſe facultates eccleſie que ſunt pfecto cōia poſſideri. Adhuc in rñſio

Mat.6. ne. iij. argumēti dicit. qȝ per hoc qȝ dn̄s noſter dicit. Noli

Luc.12. te ſolliciti eſſe in craſtinū. nō intelligiƭ qȝ nihil ſeruetƭ in futurū. hoc enī beatus Antonius aſſerit periculoſum in collatiōibus patrū: ita dicēs. Priuationē oium facultatū ita ſectātes: vt ex ipſis nec vnius quidē diei victū ſibimet ipſis: nec vnū denariū ſupeſſe paterētur. ⁊ alia huiuſmodi faciētes. Ita repente vidimus eos eſſe deceptos: vt inceptum opus nō poterāt exitu congruo terminare.

Corruptoriū. In predictis ſolutionibus tam ex verbis que dicit: qȝ ex queſtione quam ſoluere intēdit: ad minus tria reprehēdēda eſſe videntur. Unū eſt qȝ habere aliqd in cōmuni. ſ. moderatas diuitias vſui humano neceſſarias tpe ↄgruo procuratas. nec repugnat nec detrahit aliquid de pfectione. Secūdū eſt. qȝ tāto eſt vnaqueqȝ religio pfectior ſm paupertatē: quāto habet paupertatē fini ſui magis proportionatam. Tertiū eſt qȝ periculum eſt. ita omnes facultates relinquere: vt nec vnus denarius conſeruetur ad victū in poſterum. ¶ Quātū ad primū. Religiones que hn̄t aliqd in cōmuni nullatenus vituperamus de imperfectione. ſed tñ cum ↄfidentia ⁊ pace omniū. ⁊ ſine dubitatione omni credimus ⁊ aſſerimus. qȝ maioris pfectionis eſt penitus nihil habere. nec in cōi nec in proprio. Si enī de paupertate agitur. cōſtat qȝ maior eſt ⁊ perfectior paupertas illorum qui nihil penitus habēt: nec in ppio: nec in cōi: qȝ eorum qui ſufficiēter habēt in cōi. In religione enim non eſt ↄſiderare niſi pſonas: vel ſingulariter: vel pſonas cōiter. i. cōmunitatē. Cōſtat ergo qȝ maior eſt paupertas ſingularis pſone nihil penitus habendo qȝ habendo aliqd. Conſtat ergo pari rōne. qȝ maior eſt paupertas cōmunitatis nihil habētis penitus qȝ poſſidētis ſufficiēter cōiter. Cū ergo in his duobus totalitas religiōis ↄſiſtat. ſ. in pſonarū ſingularitate ⁊ perſonarū cōitate: ſequitur qȝ maior eſt paupertas religionis ⁊ pfectior: vbi nec cōitas aliquid habet. Et ſi quis hoc negare preſumpſerit: pari rōne negare poterit maiorē cōtinentiā eſſe eorū qui nullatenus vxores hn̄t. qȝ illorū qui vxores haberēt in cōmuni. Si vo de penitētia agiƭ: cōſtat qȝ perfectior eſt penitētia vbi omnia relinquuntur ⁊ in ppio ⁊ in cōi: qȝ vbi habēt neceſſaria in cōmuni ſufficiēter. hoc cōſtat teſtimonio oium qui penitentias recipiūt ⁊ faciūt. Huic cōcordat Greg⁹ homel. xxxiij. ſup Ezech. Quicūqȝ inquit poterit hoc ſeculū cōtēnere: ⁊ derelinquēs ois dn̄o ſemetipſum in holocauſtū dare: ipſe iā pfecte nouit ⁊ peccata opus plāgere: ⁊ peccata cogitationis: vel que male fecit. vel qḋ facere debuit bonū qḋ non fecit. Qui enī totū diuiſſiuā culpas ſuas liberius in fletibus cōſpicit. Hec Gregorius. Si ergo paupertas ⁊ penitētia pfectiones quedā ſunt: ſequitur qȝ habere diuitias in cōmuni quātū diminuit de paupertate tātū diminuit de pfectione. Si vo dicaƭ qȝ paupertas ⁊ penitētia nō ſunt perfectiones ſed inſtrumēta ⁊ vie ad pfectionem ducētes: que quidē pfectio eſt charitas. cōſtat qȝ hec inſtrumēta optima ⁊ ↄuenientiſſima pportione ad finē predictū inducendū inſtituta ſunt ⁊ ordinata. qȝ per chriſtū: in quo ſūt oēs theſauri ſapiētie ⁊ ſciētie recōditi. Adhuc relinquitur idē qḋ prius. ſ. qȝ quicqd diminuit de paupertate ⁊ penitentia: diminuit ⁊ de pfectiōe que per illa īducitƭ. ¶ Adhuc ſi de predicatiōe ⁊ doctrina agiƭ. ↄſtat qȝ tāto credibilior ⁊ receptibilior ⁊ magis pſuaſiua ⁊ minus ſuſpecta eſt predicatio: quāto qḋ predicaƭ magis reſultat in predicantis ⁊ doctoris vita. Unde ſup illud Matthei quinto. Sic luceat lux ⁊c. Glo. opa require. vt videātur. ⁊ ſic doctrina cōfirmetur. Et ſup illud Mat. x. Nolite poſſidere ⁊c. Glo. Si hoc haberēt nō viderētur gratia ſalutis predicare: ſȝ lucri. Si ergo pfectior mūdi ↄtēptus: ⁊ penitētia pfectior apparet in vita illorū qui penitus nihil habēt nec habere voluūt: qȝ illorū qui habēt ſufficienter cōia: cōſtat qȝ credibilior ⁊ receptibilior ⁊ pſuaſiua magis ſit taliū predicatio ⁊ doctrina qȝ aliorū. Huic concordat Gregorius homelia xviij. ſup Ezechielem. Quāto inquit ſanctior eſt vita doctoris: tanto fit humilior ſenſus audiētis. ⁊ ſeipſum deſpicit: dum predicatoris ſui vitā in magna altitudine perpēdit. Cōſtat autē qȝ generare filios dei per ſemen verbi diuini magne perfectionis eſt ⁊ magis perfectorū: ſicut ⁊ generatio naturalis nō niſi perfectis conuenit. ¶ Adhuc ſi de charitate agitur: occurrit illud Aug. de doctrina chriſtiana. libro. iij. c. xxxi. Quāto magis regnum cupiditatis deſtruiƭ: tanto magis regnū charitatis augetur. ⁊ illud

lxxxiij.q.xxxvi.q. Nutrimentū charitatis eſt diminutio
cupiditatis. Ubi ergo magis minuit̄ ⁊ annihilat̄ cupidi-
tas:ibi magis auget̄ ⁊ nutritur charitas ⁊ perficit̄. Sꝫ cō-
ſtat ꝙ hoc fit magis in religione vbi eſt omnimoda expli
catio:ꝙ̃ vbi ſaltē cōmunitas nō expoliatur. ergo quantū
eſt de ꝯditione ſtatuū. perfectior erit charitas vbi religio
pauperior. ¶ Qḋ aūt dicit poſtea. ꝙ tanto erit vnaqueqꝫ
perfectior ſm paupertatē:quāto hēt paupertatem ſuo fini
magis ꝓportionatā. Dicimus ꝙ ſi intelligat̄ de fine ꝓpin
quo (ſicut ipſe intelligit:ſicut patet ex predictis) tunc non
eſt verū ſimpliciter. Poteſt enim eſſe ꝙ finis ꝓpinquus
vnius religionis valde per omnē modū excedit finē alte-
rius. Verbi grā. predicatio ⁊ doctrina hoſpitalitatem. Cū
hoc etiaꝫ poſſibile eſt. ꝙ illa religio cuius finis ꝓprius eſt
hoſpitalitas:habeat paupertatē aliquantulū magis ꝓpor
tionatā ſuo fini:ꝙ̃ cuius finis ꝓprius eſt predicatio ⁊ do-
ctrina. Nunquid ꝓpter hoc dicendū eſt ꝙ paupertas or-
dinata ad hoſpitalitatē perfectior ſit ꝙ̃ paupertas que or
dinatur ad predicationē ⁊ doctrinā: ꝓpter hoc ſolū ꝙ illa
eſt magis ꝓportionata ad hoſpitalitatē ꝙ̃ iſta ad predica
tionē ⁊ doctrinā: abſit. Tale enim eſt ac ſi diceret ꝙ mu-
ſica ꝓportio ordinata ad cōfortandum infirmitatem cor
poralem:eſt melior ꝙ̃ muſica minus ꝓportionata:ſed or
dinata ad excitandum deuotionem:ſicut fuit in heliſeo.
iiij. Regum. iij. qḋ cōſtat vtiqꝫ eſſe falſum. Si vō intelli-
gatur de cōmuni ⁊ vltimo fine religionis. ſ. de profectu ⁊
perfectione charitatis. ſic hēt veritatē. In omni enim ar-
te ⁊ in omni negocio hoc videmus. ꝙ iſtrumēta ⁊ opatio-
nes quanto magis ꝓportionate ſunt ad ꝯſequendū illuꝫ
finē:tanto perfectiores ſunt ⁊ ars eſt perfectior ſm illas.
Que ſit aūt iſta paupertas que eſt magis ꝓportionata ꝑfe-
ctioni charitatis:ſatis patet ex auctoritatibus preallega-
tis de doctrina chriſtiana li. iij. cap. xxxvij. ⁊ de. lxxxiij. q.
xxxvi. q. Patet ergo ꝙ ſoluꝫ de fine cōmuni ⁊ vltimo in
vis. ſ. de ꝑfectu ⁊ perfectione charitatis verū eſt. ꝙ tanto
vnaqueqꝫ religio perfectior eſt ſm paupertatē:quanto hēt
paupertatem magis ſuo fini ꝓportionatā. Patet etiam
ꝙ hec eſt religio que nihil habet nec in communi nec in
ꝓprio. qꝛ ibi maxime deſtruitur ⁊ annihilatur cupiditas.
Sed ille qui hoc dixit nō intellexit verbum ſuum predi-
ctū de cōmuni fine religionū. ⁊ ideo falſum eſt qḋ dixit in
eadem queſtione ⁊ eodeꝫ articulo. in reſponſione primi ar-
ticuli. Nō opꝫ inquit ꝙ religio tanto ſit perfectior quāto
maiorem habet paupertatē:ſed quāto eius paupertas eſt
magis ꝓportionata cōmuni fini ⁊ ſpeciali. Et de cōmuni
fine dicit verū. Ex hoc enim ꝙ paupertas eſt maior eſt fi-
ni cōmuni ꝓportionabilior. Et de hoc ſolo fine habet ve-
ritatem ſicut oſtenſum eſt. nō aūt de ſpeciali fine. ⁊ tñ cer
tum eſt ꝙ de ſpeciali fine ṗncipaliter intendit cuꝫ hoc di-
cit ſicut ꝯſideranti vba eius in ṗncipali ſolutione pōt pa-
tere. que ſunt hec. ſi ꝯſideret̄ paupertas per comparatio-
nem ad ſpeciales fines religionum. ſic ſuppoſito tali fine
paupertas maior vel minor eſt religioni accōmoda. ⁊ tan
to erit vnaqueqꝫ religio perfectior ſm paupertatē:quan-
to habet paupertatem magis ꝓportionatā ſuo fini. Dicit
ergo ad cōfirmationē ſue ſolutionis. ꝙ aliquid habere in
cōmuni eſt cōforme paupertati chriſti. Chriſtus enim ſuo
exemplo hoc docuit:qui etiaꝫ fuit paupertatis inſtitutor.
Habuit eniꝫ loculos in qbus Judas ea que mittebantur
portabat. Joā. xij. Item Joā. iiij. legit̄ ꝙ diſcipuli ierant
in ciuitateꝫ vt cibos emerent. Nos aūt dicimus. ꝙ qcqd
legitur de loculis ſi diligenter penſet̄. ſicut glo. ⁊ ſancti ex
ponunt:magis ꝓbat ꝙ habere aliquid in cōmuni ſit imꝑ
fectionis ꝙ̃ perfectionis. Tribus enim de cauſis legimus
ſaluatorē loculos habuiſſe ⁊ neceſſaria emiſſe. ſ. ad ſuſten

tationem vite:ad ſubuentionem pauperum: ⁊ ad vſus
ꝓprios. ⁊ ſuorū ꝓpter imminentē neceſſitatē: ⁊ cōdeſcen-
ſionē ⁊ diſpenſationem ꝓpter infirmos qui talia erant fa
cturi in eccleſia de loculis ꝓpter ſubuentionem pauperū.
Dicit Chriſ. ſup Joannē. homel. lxxiij. ſuper illud. aut vt
egenis aliqd daret Joan. xiij. Nō perā inquit neqꝫ virgā:
neqꝫ es portare aut deferre iubens:marſupiuꝫ ferebat ad
inopū miniſteriū. Ex hoc extiſtimauerūt diſcipuli vt ino-
pibus aliquid daret. ¶ Itē ſup illud Math. xvij. Aper-
tiens os eius inuenies ſtaterem. dicit glo. Hieronymi.
Dominus tante fuit paupertatis: vt vñ daret tributa nō
haberet. Judas inquit in loculis cōmunia habebat:ſꝫ res
pauperū in ſuos vſus ꝯuertere nephas duxit:ſeipſuꝫ dans
exēplū nobis. Hec Hiero. ¶ Scḋo (ſicut dictū eſt) legi
tur habuiſſe loculos vt emeret neceſſaria ad vſus ſuoruꝫ.
Tali enī de cauſa habuit vt emeret neceſſaria quādo trā
ſibat per Samariā:ſicut legit̄ Joā. 4. ꝙ diſcipuli ierāt in
ciuitatē vt emerēt neceſſaria. Samaritani enī erāt inho-
ſpitales iudeis. Unī alibi legit̄. ꝙ cuꝫ iret in Hieruſalem:
Samaritani noluerūt euꝫ recipe. Luce. ix. Hac eadē cau
ſa ingruēte paſſiōe ⁊ ꝑſecutiōe diſcipulorū ipſe loculos ha
buit: ⁊ diſcipulos habere ꝑmiſit. Unī Luce. xxij. legitur.
Quādo miſi vos ſine bacculo ⁊ pera: ⁊ ſine calciamentis:
nūquid aliqd defuit vobis: At illi dixerunt. Nihil. Dixit
ergo eis. Sꝫ nūc qui hꝫ ſacculuꝫ:tollat ſimilr̄ ⁊ peraꝫ. vbi
gloſa marginalis dicit: ⁊ eſt Bede. Nō eadē viuēdi regu-
la ꝑſecutiōis tēpore diſcipulos informat que pacis tēpo-
re. Miſſis quippe diſcipulis ad ṗdicandū:ne qd tollerēt in
via ṗceptor ordinauit. ſ. vt qui euāgeliū nūtiat de euāge-
lio ⁊ viuat. Inſtāte vō mortis articulo ⁊ tota illa gente pa
ſtoreꝫ ⁊ gregē ꝑſequēte cōgruaꝫ ipſos regulā docuit:ꝑmit
tens vt tollāt neceſſaria victui:donec ſopita ꝑſecutorū in-
ſania tēpus euāgelizādi redeat. Hec glo. ¶ Iteꝫ alia glo.
In hoc quoqꝫ dat̄ nobis exēpluꝫ: vt nōnunꝙ̃ cauſa iſtā-
te de noſtri rigore ꝓpoſiti qdaꝫ ſine culpa intermittere poſ
ſimus. Hec glo. ¶ Tertio legit̄ habuiſſe loculos ꝯdeſcē-
ſiue ⁊ ꝓpter infirmos. ſicut dicit glo. ſup illud ṗs. Produ- ṗs. 146.
cens fenū iumentis. Dñs habuit loculos in vſus eorū qui
cum eo erant. Religioſe enim mulieres que erāt in eius
comitatu miniſtrabant ei de ſubſtātia ſua. ⁊ iſfirmorū ꝑſo-
naꝫ magis ſuſcipiēs:preuidit multos futuros infirmos. et
illa magis queſituros:qbus prebuit exēpluꝫ neceſſaria ſu
mēdi a ſubditis. Hec glo. ¶ Iteꝫ Aug⁹ de ope monacho
ruꝫ aliquātulum poſt ṗncipiū. Deus more miſericordie
ſue iſfirmitatibus cōpatiēs. cui cuꝫ angeli miniſtrarent:lo
culos tamē habebat in qb⁹ mitteret̄ pecunia. que cōfere-
bat̄ vtiqꝫ bonis fidelib⁹ victui eorū neceſſaria:quos locu-
los Jude cōmendauit. Hec Aug⁹. ¶ Item Aug⁹ homel.
lxxxviij. ſup Joānē. Fur erat ⁊ loculos hñs. qre habuit lo Joā. 12.
culos cui angeli miniſtrabāt: niſi qꝛ illius eccleſie loculos
habitura erat. Hec ibi. Ex nullo igit̄ oīum modorū habe-
ri pōt. ꝙ habere aliqd in cōmuni ſit ꝑfectiōis in viris re-
ligioſis. nā habere aliqd vel aliꝙ̃ ṗmo mō. ſ. ad diſpēſatio
nē pauperū: nō eſt hr̄e aliqd in cōmuni ſicut hn̄t religioſi:
ſꝫ ſicut hn̄t ṗlati: qui ſunt ꝓcuratores ⁊ diſpenſatores bo-
norū eccleſie nō dñi. Unī ex iſto mō hn̄di nō oſtendit̄ ꝑfe
ctio religiōis que aliqd habet in cōmuni: ſed potius oſtē-
ditur perfectio ṗlationis. Similr̄ nec ſcḋs modus haben-
di. ſ. ꝓpter neceſſitatem. Illud eniꝫ quod quādoqꝫ fit ſo-
lū ꝓpter neceſſitatē: illud ſimplr̄ magis eſt iperfectiōis ꝙ̃
ꝑfectiōis. V. g. David ⁊ pueri ei⁹ neċitate cōpulſi: comede
rūt panes ꝓpōnis: ꝙ̃s nō licebat comedē niſi ſolis ſacer-
dotib⁹. i. Regū. xxi. Simplr̄ enī hꝫ panes comedē illici-
tū erat laicis nō ꝑfectiōis. Machabei ēt neċitate cōpul-
ſi pugnabāt in dieb⁹ ſabbatorū. i. Macha. ij. Et Joſue. iiij.

Etiā dicit ſimplr Grego.homel.xi.ſup Ezech. Quia ingr
neceſſitate loci viris ſecularib⁹ iungor:nōnunq̄ mihi di
ſcipline linguā relaxo. Hec Greg. Nunqd ꝓpter hoc dōm
eſt ꝙ relaxare diſcipline linguam ſit ſimplr pfectionis:
abſit. Silr chriſtus neceſſitate loci ꝛ tēporis habuit locu
los. ꝛ habere pmiſit. ergo hr̄e loculos ꝛ aliqd in cōmuni
eſt pfectionis ſimplr: abſit. imo poti⁹ ſequit̄ oppoſitum.
Idē dicim⁹ de tertio mō habēdi de ꝯdeſcenſione ꝓpter
īfirmos vt plurimū ꝛ ſm ſe eſt magis imꝑfectiōis q̄ per
fectionis. Uerbi grā. Grego⁹ qui dicit de ſeipſo homel.xi.
ſup Ezech. vbi ṗus. Si in aſſiduo cō ſuetudinis mee rigo
re me teneo: ſcio ꝙ ab infirmis fugior: eoſqꝫ ad id qd̄ ap
peto nunq̄ traho. vn̄ fit ſepe: vt eoꝝ ocioſas actiones pa
tienter audiam. Sed qꝛ ipſe cū quelibet infirmiſſimū in
ocioſis ſermonib⁹ paulatim tractus libēter ea audio que
audire ceperā inuitus. Hec Grego⁹. Nunqd iō dicendum
eſt ꝙ patienter audire ocioſa ſit pfectionis: nullo modo.
Silr cū prelatus diſpenſat cū infirmo aliquo totalr vel
ſpecialiter in aliquo qd̄ eſt cōtra obſeruātias cōmunes in
religione intus vel extra. Uerbi grā. Comedere carnes
in die ieiunij: certe ꝓpter hoc nō eſt exiſtimandū ꝙ ſic co
medere carnes vel diſpenſare ſꝫ ſe ꝛ ſimplr ſit pfectiōis.
Imo magis imꝑfectionis. Quare videt̄ reuera neceſſita
te ingruēte habere neceſſaria in chriſto fuit maxime per
fectionis. Iſta tn̄ habere ſimplr imꝑfectionis eſt. Uerbi
grā. Maxime pfectionis in magiſtro eſt diſpēſare doctri
nā ſm capacitatē audientiū ſubtilib⁹ ꝛ pfectis ſubtiliora
tradendo. rudibus vō ꝛ groſſis hyſtorialia ꝛ groſſa. ꝛ tn̄
ipſa hyſtorialis doctrina ꝛ groſſa nō eſt doctrina pfecta ꝛ
pfectis ꝯueniens. Si qs vō cōtendat dominū habuiſſe lo
culos: nō ſolū ꝓpter cauſas p̄dictas: ſed vt neceſſaria pro
curaret ſimplr ꝛ ꝓpter ſe: nouerit pfecto ꝯtra ſanctorum
teſtimonia ſe dicere ꝛ docere. Dicit enim Hieronym⁹ iſtē
mat.17. allegatus eſt ſup illud Math. Aperto ore eius inuenies
ſtaterē. Ibi glo. dicit. Tante paupertatis dn̄s fuit ꝙ vn̄ da
ret tributū nō habuit. ¶ Itē ſup illud Math.xi. Circū
ſpectis oībus cū iā veſpere eſſet. Glo. Si qs eū ſuſciperet
hoſpitio. Tante enim paupertatis fuit vt nulli adulatus in
tanta neceſſitate nullū hoſpitiū inueniret. ¶ Itē Chriſ.
ſup illud Luce.ix. Filius aūt hoīs nō hēt vbi ꝛc. Aſpice
inquit qualiter paupratē quā docuit per oīa demōſtrauit
Nō erat mēſa: nec candelabrū: nec domus: nec qcq̄ aliō
taliū. Hanc auctē ponit frater Thomas in glo. ſua con
tinua in eodē loco ſup Lucā. ¶ Itē Chriſ. ſup Math.
viij. Filius hoīs nō hēt ꝛc. ꝛ eſt homel.xvij. Nō dixit qm̄
quē habeo cōtēno: ſed que nō habeo. ¶ Itē Aug⁹ in epi
ſtola de ſacramētis eccleſie. Chriſtus ita paup fuit. vt ve
niens in mundū nō in ſua ſed aliena domo naſceret̄. ꝛ na
tus ꝓpter inopiā loci in preſepū aīaliū poneret̄. ꝛ viuēs
in mundo nō haberet vbi caput ſuū reclinaret. nec mori
ens vn̄ nuditatē ſuā tegeret. nec mortuus vn̄ inuolueret̄
nec ſepulchrū vbi corpus mortuū poneret̄. ¶ Deniqꝫ ſi
quis pertinacter aſſerit pfectionis eſſe chriſtum imitari in
loculis: pari rōne dicere debet ꝛ pōt. ꝙ pfectionis eſt chri
ſtum imitari in gladio ꝛ debet (vt ſit pfectus chriſti imi
tator) portare vel ſaltē habere in cōmuni. qd̄ ſtultū eſt fa
cere ꝛ docere. Illud vō qd̄ allegat de precijs agrorum que
ponebant̄ ad pedes aploꝝ: ac reſeruabantur nō facit pro
eo. qꝛ illa pecunia nō fuit apoſtoloꝝ. nec in eoꝝ vſus con
Act.3. uertebat̄: ſed tn̄ per eos prout vnicuiqꝫ opus erat diſtri
buebat̄. Un̄ ſup illud Actuū. Argentū ꝛ aurū non eſt mi
hi ꝛc. Glo. memor illius pcepti. Nolite poſſidere aurum ꝛc.
pecuniam que ad pedes apoſtoloꝝ reponebat̄. nō ſibi re
cōdebāt: ſed ad vſus pauperꝝ: qui ſua patrimonia relique
rant. ſicut dicit Ambroſius ſup Lucā. Nolite portare ſac

culū ꝛc. tractās p̄dictū vbū. Argentū ꝛ aurum ꝛc. dicit ſic.
Nō tā gloriat̄ Petrus qꝛ argentū ꝛ aurū nō hēt q̄ ꝙ ſer
uat dn̄i mandatū. Nolite poſſidere auꝝ ꝛc. hoc eſt dicere.
Uides me chriſti diſcipulū: ꝛ aurū a me requiris: Sꝫ no
bis auro multo precioſius donauit: vt in noīe eius facia
mus virtutes. Itaqꝫ nō habeo qd̄ nō dedit: ſed dedit qd̄ ha
beo. ſurge ꝛ ambula. Hec Ambro. Aliter dici pōt. ꝙ forte
apoſtoli de illa pecunia que ponebat̄ ad pedes eoꝝ ſume
bāt vite neceſſaria rōne laboris in p̄dicādo: ſicut ab illis
qbus predicabāt. Ex ordinatione aūt dn̄i ſumebāt neceſ
ſaria vite. i. ſumere poterāt rōne laboris in predicādo. nec
tn̄ cū iſtis aliqd habebāt in cōmuni ſicut neqꝫ cum illis.
Illud vō Proſperi qd̄ ille allegat. xi. q. i. qd̄ non facit pro
eo. Illud enim capitulū eſt ꝓprie de p̄latis. Dicit enim ſic.
Quiſqs oībus dimiſſis vel venditis ſit rei ſue cōtemptor
vel p̄poſitus factus fuerit occaſione oīum que hēt eccle
ſie efficit̄ diſpenſator. Et ſubdit exempla de ſancto Pau
lino ꝛ ſancto Hilario epiſcopo. Manifeſtū eſt igit̄ ꝙ de
prelatis intendit. Prelati vō qꝛ ſunt diſpenſatores bonoꝝ
eccleſie: ſine diminutiōe pfectiōis poſſidere poſſunt aliqꝫ
diſpenſando. regulares vō qui huiuſmodi cām nō habēt.
ſine diminutiōe pfectionis hr̄e nō poſſunt. ¶ Qd̄ vō dicit̄
in ſolutione. iij. argumēti periculoſum eſſe ſic oīa relinque
re: vt nihil ad victū in poſterū reſeruet̄. ſm ꝙ dicit Anto
nius in collationib⁹ patrū ſe vidiſſe aliquos ſic facientes
penit⁹ fuiſſe deceptos. falſo ꝛ nō ſm intētionē auctoris in
ducit̄. Ibi enim narrat abbas Moyſes. ꝙ ſemel tempore
pueritie ſue cōuenerant plures ſeniores ad abbatē Anto
niū: querētes ab eo que nā virtus vel obſeruātia poſſet mo
nachū a demonū laqueis cuſtodire. Aliqui aūt dixerunt
ieiunioꝝ: alij vigiliaꝝ ſtudio hoc eſſe collatū. Alij dixerūt
in cōtemptu oīum rerū temporaliū. Alij in anachoriti re
manſione ꝛ vita heremitica. Alij in officijs humilitatis.
Poſt que oīa ita dicit ſanctus Antonius. Oīa hec que di
xiſtis ſunt neceſſaria ꝛ vtilia ſcientibus deum atqꝫ ad eū
cupientibus ꝑuenire. ſed his p̄ncipalr tribuere gratiā eua
dendi nequaq̄ innumeri caſus ꝛ multoꝝ etiam maiorū
experimenta docuerūt. ꝛ ſubiungit ꝙ etiā viſum eſt quā
doqꝫ oīum p̄dictoꝝ ſectatores aliquādo fuiſſe deceptos.
Et infert. Quāobrē qd p̄ncipalr ducat in deum manifeſte
poterimus cognoſcere ſi ruine ac deceptiōis eoꝝ cauſa a
nobis diligentius fuerit indagata. His aūt cum exubera
rent p̄dictaꝝ opera virtutū: diſcretio ſola deficiēs vſqꝫ ad
finē ea durare nō ſinebat. His verbis nō dicit beatus An
tonius oīa relinquere eſſe periculoſum. imo dicit ꝙ iſta ne
ceſſaria ꝛ vtilia ſunt ad deū ꝑuenire cupiētibus. ſed ꝙ nō
eſt ipſis attribuēda grā p̄ncipalr euadendi laqueos diabo
li ſm diſcretionē. ſine qua hoīes in alijs q̄nqꝫ decipiunt̄.
ꝛ hoc quidē verꝝ eſt. nec plus pōt inferri ex verbis beati
Antonij: ꝙ ſit periculoſum oīa relinquere vel ieiunare:
vel ſolitariam vitam ducere humilitatis vel miſericordie
operibus inſiſtere. qꝛ omnium predictorum ſectatores di
cit aliq̄n fuiſſe deceptos ꝓpter defectum diſcretionis.

Reſponſio ad hec ſm Thomā. Ad ea que obyciuntur ad p̄ns per ſingula non decreui
mus reſpondere: pro eo p̄cipue ꝙ ꝓpter paupertatē quaſi
ſe ꝓfitent̄ hr̄e: nō ſolū re ꝛ noīe p̄dicatorib⁹ veritatis. ve
rum etiā oībus ſimplr ꝛ vniuerſalr cuiuſcūqꝫ ſtatus ſe co
nant̄ ſuperiores ꝛ ſanctiores ꝛ pfectiores per oīa declarare.
Cū igit̄ comparationes p̄cipue in tanto exceſſu odioſe cō
probent̄: melius eſt ſub ſilentio p̄terire. q̄ proterue ꝛ liti
gioſe ſtatū quemlibet prefato ſtatui p̄ponere vel p̄ferre.
Uerūtamen quemlibet illius articuli lectorem intelligen
tem arbitramur non latere q̄ multas auctoritates a ſuo
ſenſu extorqueant: quantas etiā rōnes ſophiſticas pro ſuo
ꝓpoſito

ꝓpoſito extorquendo adducant.quaꝝ vna eſt. Si ḡo negare pſumpſerit hoc qđ dicūt de ſua ſupabundantia perfectionis:pari rōne negare poterit maiorē ꝯtinentiā coꝝ qui nullatenus vxores habent:ꝙ illoꝝ qui habēt vxores in cōmuni. Huiuſmodi aūt inſtantie improbabilitas viſis:lectoris relinquat arbitrio:cui intelligenti dubiuꝫ nō erit vxores in cōmuni habere ſemꝑ fuiſſe nepharium:vtpote diuine legi cōtrariū. Res aūt victui neceſſarias habere in cōmuni a ſanctis patribus:imo a patre luminum ſpūſancto ipſos dirigente:in chriſtiane religionis exordio fuiſſe inſtitutū. Et preter hec falſa quedam in ꝓceſſu ſuo Thome imponūt:ſicut patet applicantibus dicta eoꝝ dictis Thome: ⁊ alia ſimilia in iſto ⁊ alijs articulis faciunt multa:que oīo ſi eſſent tante pfectionis quāte ſe faciunt tacuiſſent. Qđ vtiqꝫ in iſto articulo (pcipue ſi ſpiritu humilitatis agerent) obſeruaſſent. fortaſſe alś eis per ſingula reſpondebit. Et quoniam nihil agant non quidem contra homines:ſed contra veritateꝫ ipſam:quaꝫ in iſto impugnant articulo:euidentius oſtendetur.

ARticulus Decimuſſext' eſt de h qđ dicit Tho.q.clxxxix.ar.viij. vbi querit. vtrū liceat tranſire de vna religione ad aliā. In reſpōſione.iij.argumēti.ꝙ ꝗ̄uis ordo monachoꝝ ſit arctioris obſeruātie ſi monachi eſſent laici:liceret trāſire de ordine monachorum ad ordinem canonicorum regularium:ꝓpter illud Hieronymi ad Ruſticum monachum. Sic viue in monaſterio vt clericus eſſe merearis. Rōneꝫ vō ꝑmittit ad hoc que talis eſt. Vterqꝫ ordo.ſ.monachoꝝ ⁊ canonicoꝝ ordinatur ad vitā ꝯtēplatiuā ſiue ad opa vite ꝯtemplatiue.inter que pcipua ſunt que aguntur in diuinis miniſterijs.⁊ ad hoc ordinat directe ordo canonicoꝝ.qꝛ canonicis per ſe cōpetit vt ſint clerici religioſi.monachis autem non per ſe cōpetit. vt habetur.xvi.q.pma.

Corruptorium. Hic inſinuat expreſſe.ꝙ propter pmotioneꝫ ad clericatū licet trāſire de ordie monachoꝝ ad ordinē canonicoꝝ.⁊ de ordie arctiori ad ordinē laxiorē. Sed nos reputamus hoc falſuꝫ. Dicit eniꝫ Innocētius. ⁊ habet.xix.q.iij. monachi:qui diu morantur in monaſterijs:poſtꝙ puenerint ad clericatū ſtatuim' nō debere eos a priori ꝓpoſito recedere. Iura enim in tranſitu de vna religione in aliā nō intendunt pmotionē de laicatu ad clericatū in religione ad quam tranſitur: ſed tñmodo maiorem conuerſationis diſtrictioneꝫ. ſicut dicit extra de regu.⁊ tranſe.ad religionē.cap ſane.de canonicis. vbi determinat de quodaꝫ qui in eccleſia quadā pfeſſus fuerat.⁊ inde fugiens a quodaꝫ abbate receptus eſt in monachū.ꝙ ſi locus vbi receptus erat maioris religionis pmitti deberet ibidē. Sin aūt vt ad priorē eccleſiam rediret cōpelli. Et de quibuſdaꝫ monachis in fine ſic dr. Cum monachus veſter ad fratres ciſterciensis ordinis tranſmigrauit:nō vt veſtro ordini derogaret:ſed vt apud ipſos vitā duceret arctiorē mādam' quatinus nullaten' moleſtetis.qꝛ charitas eſt ſons ppri' cui nō cōicat alienus. Auctoritas ēt ſi recte itelligat non facit pro eo. Potius enim hortat Ruſticū viuere tā religioſe in cōuerſatione.tam ſtudioſe in ſcripturaꝝ meditatione vt clericus effici mereret in ordine. nullatenus tñ ꝓpter pmotionē ſui ad clericatū licet ab ordine ſuo recedere:ſicut expreſſe dicit capitulū pallegatum. Vñ iſta admonitio Hieronymi locū hēret cuꝫ effectu:ſi monachi in ꝓprio ordine pmoueri nō poſſent.ſicut antiquitus vſqꝫ ad tempus Euſebij ⁊ Zozimi monachi:ita monachi fuerūt ꝙ nō clerici.i.nō ordiati.ſicut.xvi.q.pma.ſupioris auctis habet. Talis aūt fuit admonitio pro tēpore Ruſtici ⁊ Hieronymi.qꝛ tunc religioſi ⁊ monachi ſtati ad ordines pmouebant. ¶ Ratio aūt quā inſinuat.ſ.ea que agunt in diuinis miniſterijs:ſunt precipua in opib' ꝯtemplatiue vite ⁊c. facile ſoluit. Qñ eniꝫ aliq̄ duo ſic ſe habēt ꝙ vnū eſt neceſſitatis ⁊ alteꝝ eminentie ⁊ nobilitatis:magis eſt eligendum qđ eſt neceſſitatis.ſicut exemplificat phs de philoſophari ⁊ ditari. Nobilius eniꝫ ⁊ melius ſimpliciter eſt philoſophari ꝙ ditari.tñ indigenti neceſſarijs magis eligendū eſt ditari. Cōſimilr in ꝓpoſito. Maioris enim excellentie eſt officiū clerici ꝙ humilitas monachi.vt offerre eucharistiam ⁊ celebrare diuina.⁊ populo predicare ꝙ in humilitate ⁊ abiectione ꝓpria peccata ⁊ populi plāgere:tñ peccatori quērēti ſaluare aiaꝫ ſuā magis eſt necēriū hoc ꝙ illđ.⁊ iō ſimplr magis eſt eligēdū ⁊ tenēdum. i.meth.

Reſponſio ad hec ſm Thomā. Cōtra eius intentionē in nullo penit' facit qđ in iſto articulo dicūt. Monachis enim qui in proprio monaſterio ⁊ in proprio ſtatu ad clericatū ⁊ ad alios ordines ſacros poſſunt pmoueri ſicut nūc ſut:nō licet trāſire ad ordineꝫ canonicoꝝ regulariū cuꝫ maiori arctatione.⁊ ſic pcedunt que cōtra Thomā in hac pte obijciūt. Si tñ eſſent monachi qui in ſtatu ſuo manētes non prīt pmoueri ad ſacros ordines:tunc prīt tranſire pro ſua pmotione ad ordinem canonicoꝝ ꝓpter excellentiā actuū.ad quos ordines ſacri ſublimant.⁊ ſic hēt itelligi dictū Hieronymi ⁊ ea que dicit Thomas in hac pte. Reſponſio aūt quā afferūt ad rōnē Thome nō eſt conueniens. Exēplū enim eoꝝ de phari ⁊ ditari turpiter claudicat ꝗ̄tū ad ꝓpoſitū.qm philoſophari nō hēt ſemꝑ ſecū annexū id qđ minus bonū eſt.ſ. ditari. Sed miniſtrare rite in ordinibus ſacris:ſemꝑ hēt ſecū annexū ꝙ aie ſaluti procurāde ſtudeat homo. Vnde hoc cōmune (lꝫ vijs diuerſis) habet ordo vterqꝫ.

¶ Correctorium eorum que obijciuntur contra ſecundā ſecunde ſancti Thome:Finit.

¶ Incipiunt rñſiones ad ea que obijciunt ꝯtra dicta fris Thome in qōnibus diſputatis ab eodem de Veritate.

ARticulus Primus De hoc quod Thomas dicit in de veritate.q.ij.ar.x. vbi querit.vtꝝ deus poſſit facere infinita. In reſponſione qōnis ſi infinitum actu eſſe poſſit ſꝫ nām rei. vel ēt ſi nō poſſit impediente aliquo alio ꝙ ipſa rōne infiniti:dicendo ꝙ deus pōt facere actu infinituꝫ eſſe. Si autem actu eſſe repugnat infinito ſm ſuam rationem:deus hoc facere non pōt.

Corruptorium. Hoc videt eſſe occaſio erroris. Inſinuat enim ꝙ de' pōt facere oē illud cuius rōni nō repugnat eſſe.⁊ ꝯſtat ꝙ hoc eſt falſuꝫ.rōni eniꝫ pcti vel mēdacij cui nō repugnat eſſe acta.⁊ tñ neutrū pōt deus facere.⁊ huiuſmodi ſunt multa. ¶ Itē actu eſſe nō videt repugnare rōni īfiniti.qđ pꝫ in deo qui ſūme actu eſt.⁊ tñ eſt īfinitus.⁊ ideas hēt etiā infinitas in ſe. Sed fieri a ſapiente in ſūmo hoc repugnat rōni infiniti. Infinitas enim in multitudine īportat ꝯfuſionē ⁊ inordinationē. Deus aūt ſumme ſapiēs nō pōt facere inordinatū. Sapientis eniꝫ eſt ordinare:vt dr̄ p̄ metaphy^ce^. Infinitas ēt in magnitudie īportat de neceſſitate infinitatē in ṽtute. Infinita aūt ṽtus excludit oēm dependentiā ⁊ oēm indigentiā. Deus aūt nihil pōt qđ nō dependeat ab eo:vñ hec nō eſt ſola rō quare deus nō pōt facere infinitum.qꝛ eſſe actu repugnat rōni illius rei.ſed ēt qꝛ facere aliqđ tale repugnat voluntati diuine.

Reſponſio ad hec ſm Tho. Jſta reprehenſio nul
la penit⁹ inuenit̄. ſi rō dicti Tho' ſobrie
cōcipiat̄. Jntendit eniz ꝙ ſi rationi infiniti nō repugnat
eſſe actu: tūc pōt a deo fieri. Ex hac tñ negatiua nō ſequi
tur vniuerſalis affirmatiua. quaz ipſi Thome inſinuare
affirmant ꝛ falſo. Et lꝫ tñ iſto mō poſſet concedi ꝙ deus
pōt facere omne illud cui⁹ rōni nō repugnat eſſe in actu.
vel cui cōuenit eſſe in actu. Et verū qdē eſt ꝙ deus pōt in
omne id cui cōuenit eſſe in actu: qḋ faciendo nō derogat
pfectioni. cuiuſmodi ſunt mendaciū ꝛ peccatū. ℂ Qḋ vō
dicunt ꝙ rōni infiniti non repugnat eſſe actu. q2 deus eſt
ſumme infinitus. ꝛ habet ideas infinitas in ſe: cauillatio
eſt. Loquit̄ eniz Thomas de infinito factibili a deo: ſcilꝫ
de īfinito creando vel creato ſi qḋ poſſe eſſet. Querere vō
vtꝝ deus vel idee in ipſo que ſunt ipſe poſſint a deo fieri:
eſt idem querere: vtꝝ aliqḋ poſſit a deo fieri vel creari.
ℂ Quod tandē dicit̄. ꝙ infinitas quecūqꝫ creata inducit
quādā cōfuſionē. nec cōpetit huiuſmodi a ſummo ſapien
te fieri. cōcedi pōt. nec eſt cōtra Thomam qui nō habuit
neceſſe omnia que dici poſſent vnius queſtionis ſolutio
ne exprim ere

Articulus Scḋs. De h qḋ Thomas
dicit i de veritate mā ſiue
q.q.ar.xij. vbi querit. vtruz deus ſciat ſingu
laria ꝛ futura cōtingentia. Jn reſponſione pn
cipali. ꝙ cōtingens vt futuꝝ eſt: nullā cogni
tionē habet cui falſitas ſubeſſe nō poſſit. vñ cum ſcientie
dei nō ſubſit falſitas nec ſubeſſe poſſit: impoſſibile eſt ꝙ
de futuris contingentibus deus ſciētiā haberet: ſi cogno
ſceret ea vt futura ſunt. Et deinceps eadē. q. ꝛ articulo in
reſponſione dicit̄. ꝙ deus nō cognoſcit futura cōtingen
tia vt futura ſunt: ſed vt preſentia. Et ibidem in fine ſolu
tionis dicit. Si conſiderct̄ vt eſt in dei ſcientia: magis de
beret dici ꝙ deus ſcit hoc eſſe ꝙ̄ ꝙ ſciat futuꝝ. q2 ſibi nū
ꝙ̄ ſunt futura ſed vt preſentia. Eandem ſniam dicit in fi
ne ſolōnis qōnis que eſt: vtruz ſcientia dei eſt variabilis.

Corruptorium. Si intēderet dicere ꝙ deus
certitudinaliter cognoſcit fu
tura cōtingentia ac ſi actualiter eſſent preſentia: verū dice
ret. Qḋ nō intendit vt videtur: ſed potius q2 eternitas eſt
preſens toti tempori ꝛ oi eius differentie: ꝛ ois differentia
preſens eſt eternitati. ꝛ iō diuine viſioni ois contingentia
futura realiter ꝛ actualiter ſunt preſentia. lꝫ in tempore
ſint futura. ꝛ iō cognitioni diuine de cōtingētib⁹ falſitas
ſubeſſe nō pōt. ſicut nec noſtre. qñ videm⁹ aliqḋ ꝯtingēs
preſentialr ꝛ realiter eſſe: vt ſortem ſedere dum ſedet. Hic
videt̄ error maximus. ꝙ. ſ. tēporalia vere ꝛ eſſentialiter
fuerint ab eterno: ſicut aliqua eoꝝ aliqñ ſunt in tēpore: cū
tñ ſm veritatem fidei catholice ſolus deus ſit ab eterno.
ℂ Ratio autem poſitionis non cogit. quando enim dici
mus ꝙ eternitas preſens eſt omni differentie temporis. ꝛ
omnis differentia temporis preſens eſt eternitati. eſtimo
ꝙ intelligendū eſt ſub hoc ſenſu. ꝙ eternitas preſens eſt
omnibus cognoſcitiuis. ꝛ rationes cognoſcitiue oium re
rū preſentes eternitati. Deus eniz eternus pſentialr ꝛ cer
titudinaliter oia futura. pterita: ꝛ oia preſentia in rōnib⁹
eoꝝ cognoſcit. vñ pteritoꝝ. pñtiū ꝛ futuroꝝ rōnes cogno
ſcitiue ſunt pſentes eternitati ꝛ deo ab eterno. ꝛ cognitio
eoꝝ ſemꝑ eſt pſens: ꝛ nō ipſe res cognite. Huic cōcordat
Aug⁹. xi. ꝯfeſ. poſt mediū. Uideri dicunt̄ futura nō ipſa
que nōdū ſunt. i. que futura ſunt: ſed eoꝝ ſigna. vel cauſe
videntur forſitan que iam ſunt. Jdeo nō futura ſed pſen
tia ſunt iam videntibus: ex quibus futura predicant̄ iam
animo cōcepta: que rurſus cōceptiones iā ſunt. ꝛ eas pre
ſentes iā apud ſe intuentur que iſta predicūt. Hec Aug⁹.

Reſponſio ad hec ſm Thomaz. Que hic obijciū
tur per ea que dicta ſunt ſupra in reſpō
ſione ad ea que dicunt̄ cōtra dicta Thome in pma parte
ſumme arti. ij. luce clari⁹ diſſoluunt̄. ℂ Qḋ tñ hic dicūt.
ꝙ eternitas ſolū dicit̄ eſſe preſens oī dñe tēporis: pro eo
ꝙ pſens eſt rōnib⁹ cognoſcitiuis earūdem: manifeſtā ꝯti
net falſitatē. Nō ſolū eniz eternitas pñs eſt rōnib⁹ reruz
oium ꝛ tēpoꝝ cognoſcitiuis: imo eſt pñs oī rei ꝛ oī tēpori.
ſine cui⁹ pñtia nimiꝝ oia nihil forēt. qualiter aūt futura
contingentia diuino aſpectui ſint preſentia eternaliter vt
dictum eſt: patuit ſupra arti. ij.

Articulus Tertius. De hoc quod Tho
mas dicit in de veritate mā
ſiue. q. iij. ar. v. vbi qūit: vtꝝ mā pma hēat pro
priā ideā in deo. Jn rñſione pncipali. ꝛ in rñſio
ne pmi ꝛ. iiij. argamēti dicit. ꝙ idea ꝓprie di
cta reſpicit rem ſm ꝙ eſt in eſſe producibilis. mā aūt nō
pōt exire in eſſe ſine forma. nec ecōuerſo. nec ꝓpria idea
rñdet mãe ꝛ forme tñ: ſed toti cōpoſito rñdet vna idea:
que eſt factiua totius. ꝛ quo ad mām ꝛ q̄ntū ad formam.

Corruptorium. Hec poſitio videtur erronea i
pluribus magis. q2 deus pōt
dare eſſe mãe ſine forma: ꝛ ecōuerſo. ſicut in ſacro altaris
dat eſſe accñtib⁹ ſine ſubiecto: cū accñtia magis depēdeāt
a ſubiecto ꝙ̄ mā a forma. ℂ Scḋo opꝫ ꝙ oē qḋ hēt eſſen z
tiā diſtinctā habeat ꝛ ideā in deo correſpondentem: alr enim
eſſet ponere aliqḋ pncipiū a deo in quo eſſet pncipiū illi⁹
qḋ eſt erroneū. Cū ergo alia eēntia ſit mãe alia forme: ne
ceſſe eſt mām hēre aliā ideā ab idea forme: ꝛ econuerſo. ꝛ
aliā eſſe ideā cōpoſiti. ℂ Tertio. q2 qḋ de⁹ pōt cauſare per 3
cām ſcḋaz pōt ꝛ per ſeipm: cū ſit cā pma. Cū ergo per for
maz deus det eſſe actuale: poterit per ſe dare eſſe actuale
materie. nō ꝙ ipſe ſit forma vel actus eius: ſed ꝙ ſua po
teſtate infinita pōt dare eſſe materie ſine forma: ꝛ ecōuer
ſo ſicut accidēti ſine ſubiecto. ℂ Itē magis videtur ꝙ po 4
nendū ſit deū habere diſtinctas ideas mãe ꝛ forme ꝙ̄ cō
poſiti. Dicit enim Cōmen. ſuper p phyſ. ſuper. ij. particu p^{ro}.3.
la. ꝙ in rebus artificialibus cauſe ſunt notiores apud arti
fices ꝙ̄ cōpoſitū. vñ ſi nos faceremus res naturales: tūc
cauſe eſſent notiores ſm Cōmen. ergo apud deū qui eſt
opifex reꝝ naturaliū notiores ſunt materia ꝛ forma ꝙ̄ cō
poſitū ex ipſis: ſi tamen ibi ſit aliqḋ notius. ergo ſm rōnē
intelligendi prius ꝛ expreſſius ꝛ diſtinctius habet ideam
in deo materia ꝛ forma ꝙ̄ compoſitum.

Reſponſio ad hec ſm Thomaz. Hec omnia ſuf
ficienter diſcuſſa ſunt in rñſione con
tra primā partem ſumme ar. iij. ſicut patet intuenti.

Articulus Quartus de hoc qḋ Tho^{as}
dicit in de vītate materia ſi
ue. q. iij. arti. vij. vbi querit. vtrum accidentia
habeāt ideaz in deo. Jn reſponſione queſtio
nis ꝙ loquendo de accidentibus que nunꝙ̄
a ſubiecto ſeparantur. ꝛ vna operatione ꝓducuntur cum
ſuo ſubiecto. cum idea ꝓprie loquendo ſit forma operabi
lis inq̄ntum huiuſmodi: nō erit taliū accidētiū idea diſtin
cta: ſed ſubiecti cum oībus accidētibus erit vna idea.

Corruptorium. Contra iſtam poſitionez ſunt
tria arg^{ta} pma: que dicta ſunt
ſupra immediate contra poſitionem de materia prima.
ℂ Pª. ſicut deus omnia fecit: ſic oia diſtincte diſtinxit. vt 4
patet Gen. pmo. ergo ſicut omnium que fecit erant idee
ꝛ ſunt in deo. ita omnium que diſtinxit erant diſtincte ꝛ
ſunt in deo. Sed eſſentia accidentium eſt vere diſtincta
ab eſſentia ſubiecti. ergo neceſſe eſt ꝙ diſtincte ſint idee
accidentium ab ideis ſubiectorum.

Reſponſio

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Ad tria illa argumēta ſuperius facta riſum eſt vbi ſupra.ſ.in reſponſione ad articulū quartū cōtra p̄mā ptē
Ad 4m ſumme. ¶ Quartū etiā argumētū qđ apponūt ſoluit ſimiliter ex dictis ibidē. Non enim ꝓbat niſi ꝙ huiuſmodi accidētia habēt ideas ꝓprias. ꝓut idea dicit rō innoteſcēdi vniuſcuiuſqʒ ꝓut pōt aliquo mō ꝯſiderari in rōne propria quo mō cōſiderant accidentia huiuſmodi in rōnibꝰ ꝓprijs qbꝰ a ſubſtātia differūt.⁊ iſto mō concedit Thomas ꝙ accidentia habent ideas ꝓprias.

Articulus Quintus. De hoc qđ dicit Thomas eadem.q.ar.vij vbi querit: Utrū ſingularia habeant ideam in deo.in reſponſione ſcḋi argumenti. ꝙ proprie loquēdo de idea ſm ꝙ eſt rei:eo modo quo eſt ꝓducibilis.ſic vna idea reſpondet ſingulari ſpēi ⁊ generi indiuiduatis in ipſo ſingulari.Si aūt accipiamus ideam cōmuniter ꝓ ſimilitudine vel rōne.ſic cū diuerſa ſit ꝯſideratio ſortis: vt Sortes eſt: ⁊ vt hō eſt:⁊ vt animal eſt:reſpondebūt ei plures idee vel ſimilitudines.Et p̄ma pte ſumme.q.xv.ar.iij.in rńſione ſcḋi argumenti dicit.ꝙ genera nō poſſunt hr̄e aliā ideā ab idea ſpēi:ſm ꝙ idea ſignificat exemplar.qꝛ nunꝗ̄ eſt genus niſi in aliqua ſpē. Taliter etiā eſt de accidentibꝰ que ꝯſequunt ſubiectum. qꝛ hec ſunt ſimul cū illo.Accidētia aūt que ſuperueniant ſubiecto habent ideā ſpecialē.Artifex enim per ideaʒ domus facit oīa accidentia que cōcomitantur a p̄ncipio domuʒ.ſed que ſuperueniant domui iam facte:vt picture ⁊ huiuſmodi.talia facit per aliam formam.

Corruptorium. Hoc videt ꝯtra Augm.ad Nebridium in epiſtola que ſic incipit. Recentiſſimis litteris ⁊c̄.vbi dicit.ꝙ quantū ad hominē faciendū attinet rō hōis nō meā vel tuā eſſe rōneʒ. Quantū aūt ad eiuſdē temporis varias rōnes hominum in illa ſacra trininitate viuere. Nota ꝙ dicit Augꝰ ad hominē faciendū nō cognoſcendū. ¶ Quod aūt dicit de rōnibus:intelligendū eſt de ideis.Et ꝙ pro eodē Augꝰ hēat ideam ⁊ rōnem.ſic patet ſexto de trini.Omnia inquit rōne ſunt cōdita.nec eadē rōne homo qua aſinus. Hoc eniʒ abſurdū eſt eſtimare.Singula enim ꝓprijs creata rōnibus.Et infra:atqʒ has rōnes rerum principales ideas appellat Plato.Et eadē.q.vbi ſupra. Idee ſūt p̄ncipales formē:vel rationes rerum ſubſtantiales.
2 ¶ Cōtra iſtū articulū require ſupra.q.iij.arti.v.vbi querit: vtrum mā habeat ideā in deo.⁊.q.iij.arti.vij.vbi querit: vtrum accidētia habeant ideam in deo. ¶ Item require melius cōtra p̄mā ptē ſumme.q.li.ar.iij.vbi queritur.vtꝝ oīum que cognoſcit deus ſint idee in deo.
3 ¶ Itē diſtinctio quaʒ facit inter eſſe rei ꝓut eſt producibilis:⁊ eſſe rei ſolum ꝓut eſt cognoſcibilis nō videt cōueniens.qꝛ ſm hoc aliā ideam haberet res ꝗ̄diu eſt in fieri vel fienda.⁊ aliam q̄ eſt facta.qđ non ponit.⁊ in nobis apparet eſſe falſum.
4 ¶ P̄.in nobis videmus ꝙ quādo ad ideā per quā res aliqua cognoſcit accedunt potētia ⁊ voluntas faciendi illā reʒ.tūc illa idea eſt idea illius rei ꝓducibilis in eſſe. Quando vo accidit illi notitie quā habemus de re potentia vel voluntas faciendi remanet eadem idea que prius.ergo videtur ꝙ diſtinctio nō ſit ex parte idee.

Reſponſio ad hec ſm Thomaʒ. Ad hoc quoqʒ pʒ pro parte per ea que dicta ſunt in rńſio
Ad pm ne ad articulū prime dictā. ¶ Auctoritates etiam Augꝰ quas adducunt in ꝓpoſitonō poſſunt pro eis facere ſm veꝝ eius intellectuʒ.Quando enim dicit ꝙ quantum ad hominē faciendū attinet ⁊c̄. Nō pōt intelligi ꝙ hominis faciendi in ſua cōmunitate ſine omni indiuiduo ſiue ſuppoſito humane nature ſit idea vna in deo:cū hō ſit ſic faciendus vel ꝓducendus. Intelligit ergo ꝙ ad hominē faciendū vtiqʒ in aliquo ſuppoſito correſpōdet aliqua idea ꝓut ſumit in ſua cōmunitate abſtracta ab illo ⁊ ab alijs ſuppoſitis.⁊ hoc nō ſm ꝙ idea eſt exēplar hominis ſub ea rōne qua faciendus vel ꝓducibilis:ſed ꝓut idea dicit ratio innoteſcendi hominis ſm ꝙ pōt in rōne ſua ꝓpria ſine cōditionibus indiuiduantibus cōſiderari. ¶ Qđ aūt ꝓbant ſm Augm pro eodem ſumi ideā ⁊ rationem concedimus.verūtn̄ vt ſumant in rōne ꝓpria:differt loqui de idea prout ſumitur pro exemplari forme rei ꝓducibilis.⁊ prout ſumitur pro rōne innoteſcendi vniuſcuiuſqʒ prout pōt in rōne ſua cōſiderari. ¶ Qꝛ aūt mouent plura obie- Ad 2m
cta cōtra iſtum articulum:require ſupra.⁊ nos monemus ꝙ ibidē reſpiciātur reſpōſiones ad ipſa vbi ſupra. ¶ Ad illud qđ poſtmodū obijciunt.ꝙ ſm illud qđ Thomas di- Ad 3m
cit:videret ꝙ aliam ideā haberet res ſm ꝙ eſt in fieri.⁊ aliam prout eſt facta. ¶ Dicendum ꝙ hoc videri poterit nō intelligenti dicta eius.Ex dicto tamen eius ſequit oppoſitū.Cū enim ꝓut ipſe dicit idea ſub ratione exemplaris correſpondeat rei ſm ꝙ eſt in eſſe producibilis. cum nihil aliud ſit in re ꝓducta ꝙ̄ illud qđ per ſuā productionem recepit a deo.manifeſtū eſt ꝙ nō aliam ideaʒ habebit res iam actu producta ſiue facta quam habebat prius quādo erat ꝓducibilis.nec per cōſequens aliā quā habuit in ſuo fieri vel ꝓductione. ¶ Ad aliud qđ obijciūt de acceſſu potētie vel volūtatis ad faciendū illam rē cuius ponitur idea ꝓcedit ex falſo intellectu:ac ſi idea ꝓut eſt rō innoteſcendi ſumeret pro ꝓprio ac formali principio cognoſcendi talē rem:qđ falſuʒ eſt.qm̄ vnū eſt p̄ncipiū formale penitꝰ idē ipſi deo quo cognoſcit oīa. Ipſa aūt ratio innoteſcendi ſicut ⁊ rō ꝓducibilis vel ꝓducendi in deo: quaꝝ vtraqʒ pluraficat tenet ſe ex parte obiecti cogniti a deo:inquantū.ſ.eſſentia diuina eſt intellecta cum habitudine:ſub qua aliqua creatura ꝓducibilis ipſaʒ imitat.vel ſm ꝙ rō propria in qua vnūqđqʒ pōt aliquo mō ꝯſiderari:ipſa cognita cognoſcit a deo.Et patet ꝙ cū in deo non ſit volūtas aliqua accedens:nō pōt poni q per acceſſum ⁊ receſſum volūtatis ſit idē penitus ſm rōnem:qđ dicit noīe idee vt eſt exemplar rei ꝓducibilis.⁊ prout eſt ratio innoteſcendi dicto modo. Iſta ergo nō faciūt:quin predicta diſtinctio ex parte idee ſit conueniens.

Articulus Sextus de hoc quod dicit Thomas in de vitate mā ſiue.q.xxiij.ar.viij.vbi querit:vtrum liberū arbitriū creature poſſit confirmari in bono per aliqđ donum gr̄e.Et in ſolutione p̄ncipali circa mediū.ꝙ nō pōt eſſe peccatū in motu volūtatis.ſ. ꝙ malū appetat niſi in apprehenſiua vtute preexiſtat defectus per quē ſibi malū nō vt malū ꝓponat.qđ eſt rationis defectus.Et ex hoc accidit ꝙ eſtimat aliqđ particulare bonum eſſe finem:qđ nō eſt finis nec vtile ad finem. Uel per aliqđ ab extrinſeco deficit ratio.quia.ſ.ꝓpter vires inferiores que inten ſe mouentur in aliquid intercipitur actus rationis:vt nō firmiter ⁊ liquide ſuuʒ iudicium de bono ꝓponat voluntati.Et eadeʒ.q.arti.ſequenti.vtrū liberum arbitrium hominis in ſtatu vie poſſit confirmari in bono.In ſolutione principali dicit circa medium.ꝙ origo peccati vel eſt ex rationis errore que in particulari decipitur:vel ꝓpter aliquam paſſionem viriuʒ inferioꝝ.

Corruptorium. Lʒ iſtud ſm aliquos videatur concordare philoſopho. i c°4.
viij.ethicoꝝ.tamen hoc videtur ſapere errorem Pelagij contra gratiam.Si enim peccatum voluntatis cauſaretur ſemꝑ ex defectu rōnis ⁊ errore eius per ſe:vel ꝓpter paſ-

ſionē viriū inferioꝝ cū ad directionē voluntatis in bo-
num: neceſſaria ſit ſcientia ⁊ doctrina: ſicut dixit Pelagi⁹
hereticus ponēs ꝙ deus nos adiuuat per legē ⁊ doctrinā:
vt diſcamus que ſapere vel facere debeamus. nō aūt per
donū ſpūſſancti vel grē nos adiuuat: vt que didiceram⁹
2 facienda faciamus. ¶ P̄. quilibet pōt experiri in ſeipſo.
ꝙ rōne dictante vere aliqd eſſe peccatū: vt fornicari vel
aliqd aliud. tñ voluntas durante iſto iudicio pōt corpus
mouere ad peccatū ⁊ cōmittere peccatū. ¶ Si dicas ꝙ
nō: niſi ratio inducta per imperiū volūtatis iudicet illud
3 faciendū. Sit ita: igitur prius fuit peruerſuꝫ imperiuꝫ in
voluntate: ꝗ̄ malū iudiciū in ratione. ¶ Item interius
maxime cōtingit videre. ꝙ volūtas pōt peccare in volen-
do ⁊ eligendo abſqꝫ defectu rōnis in operatione vniuer-
ſalis boni vel vtilis ad particulare bonū vel interceptiōe
iudicij ꝓpter vehementiā paſſionū in virib⁹ inferiorib⁹.
ſicut dicit phs in rhetorica. cap̊. de delectatiōibus. Honor
inqꝫ ⁊ cōplacētia ſunt delectabiliſſimoꝝ. ¶ P̄. honores.
c°.7. cōcupiſcentie ⁊ cōplacentie nō ſunt in viribus iferiorib⁹.
qꝛ iſta nō apprehendunꝰ per ſenſus. Vñ phs in. iij. ethico
ruꝫ dicit. ꝙ honore ⁊ diſciplina gaudet amicus hoꝝ nihil
patiēte corpore ſed mēte. Pono ergo ꝙ intellectus dicat.
Honor paꝝ vel nihil prodeſt ad ſalutem. Idem dicat de
complacentia hominū ꝓpter ſe ſic dicēdo cōſtat ꝙ veꝝ
dicit. ¶ Item pono ꝙ intellectus dicat. Honor ⁊ compla
centia delectātia ſunt. cōſtat ꝙ adhuc dicendo hoc nō er-
rat: ſed veꝝ dicit. ¶ P̄. illud iudiciū rōnis intercipi non
pōt per paſſiones virium inferioꝝ in concupiſcendo iſta.
Quia (vt dictū eſt) cōcupiſcentia honoꝝ ad vires inferio-
res nō ſpectat: ſed ad ſolā mentem. ⁊ tunc his ita ſe habē-
tibus: ꝯſtat ꝙ volūtas nō pōt appetere ⁊ eligere honores
humanos ⁊ cōplacentiaꝫ hoīs ꝓpter delectationē que eſt
in eis. Pōt igitur voluntas peccare abſqꝫ rōnis defectu
4 modis ꝓdictis. ¶ Itē Chriſ. ſuper Mat. homelia. xxiiij.
Attendite a falſis ꝓphetis ⁊c. circa mediū. Bonis inquit
operibus inuigilandū eſt. quia error nō generat peccata:
ſed pcī̄ errorem: ſicut dicit ſapientia. Impietas hoīem
trahit ad errorem. ¶ Et ſimile dicit Grego. ij. moralium
5 ſuper illud. In deſertis habitat torrentiū. ¶ Item Aug⁹
in enchiri. Ipſe error per ſeipſum aut magnus in re ma-
gna aut paruus in re parua. tamen ſemꝑ eſt malū. Quis
enim nō errans neget malum: approbare falſa pro veris.
Ergo ſm Aug^m error ſm ſe eſt malū: ſaltē pene. Conſtat
autē ſm fidem. ꝙ in Adam nō fuit pena ante culpā. Nō
eſt aūt culpa niſi in voluntate. ergo cū error omnis ſit pe-
na: prius fuit error pena in intellectu Ade ꝗ̄ culpa: qd̄ eſt
falſum ⁊ erroneū. ergo nō neceſſario eſt ꝓus error in rōne
ꝗ̄ peccatū in volūtate: ſed ecōuerſo. ¶ Item glo. Aug. ſu
6 per illud pſalmi. Concupiſcit ⁊ deficit anima mea. Vide-
ps.83. mus inquit nōnunꝗ̄ ratione ꝗ̄ vtiles ſunt inſtitutiones
dei. i. opera iuſta: ſed infirmitate prepediti aliquando non
deſideramus. Preuolat ergo itellect⁹: ſequiꝰ tardus vel
nullus affectus. Ex quo patet ꝙ intellectū ſequiꝰ volun-
tas. Nō enim ſimul ſunt inſeꝑabiliter vt ſplendor ⁊ lux.
ſed poſterius vt ſcire ſequiꝰ addiſcere. ⁊ ſanū eſſe ad me-
dicari. ſed in talibus ſm philoſophum in ſcdo poſterioꝝ
⁊ in fine ſcdi de generatione ⁊ corruptione. nunꝗ̄ tenet cō
T.68. ſequentia de priori ad poſterius ſed econuerſo. Nō ſequi-
tur ergo ratio eſt recta. ergo voluntas eſt recta vel bona.
Si aūt hoc nō ſequitur. ergo oppoſitū cōſequentis poteſt
ſtare cū antecedēte. ſ. volūtas nō recta cū rōne recta. Nō
enim ſequiꝰ. ſi peccatū vel curuitas eſt in voluntate: ꝙ er-
ror precefferit in ratione.

Reſponſio ad hec ſm Thomā. Iſtud dictū Tho
me vt ipſi fatentur eſt cōſonum pho

uiij. ethi. Errorē nō ſapit Pelagij contra grām (ſalua grā c°.4.
coꝝ) Pelagius enim poſuit ꝙ ad bonū meritoriū ſine Ad p^m
grā ſufficiebat volūtas humana quā poſuit adiuuari per
legeꝫ ⁊ doctrinā: vt diſcamus que facere aut agere debea-
mus vt ipſimet dicunt. Cui in nullo cōſonat iſta poſitio. lꝫ
enim ex defectu rationis proueniat defectus in motu vo-
luntatis neſcio qua euidentia: imo qua ſophiſtice appa-
rentia poſſit cōcludi ꝙ voluntas vel liberū arbitriū hoīs
gratia nō indigeat ad opus meritoriuꝫ exequendum. vñ
mirū eſt ꝙ errorē iſtū tam effronter ſine cauſa imponere
audebant tanto doctori. Vñ prima ratio quā ponunt con
tra euꝫ: patet ex dictis nimis irrōnabilis. ¶ Ad 2^m cum Ad 2^m
dicunt. ꝙ durante iudicio rōnis. ꝙ aliquid nō eſt facien-
dum pōt voluntas mouere ad illud. ¶ Dicenduꝫ ꝙ iſte
malus motus volūtatis ꝓuenit ex aliquo defectu rōnis
precedente iſtud iudicium. contra cuius dictamen volū-
tas fertur in malum illud. Verbi grā. vt eorum vtamur
exemplo. Niſi prius ratio aliqua paſſione ligata obtuliſ-
ſet actū fornicationis ipſi voluntati ſub ratione boni: vti-
qꝫ volūtas nō moueret in illud poſtmodū ꝯtra dictamē
vel iudiciū rōnis eiuſdem. Et preter hoc lꝫ ratio iudicet il
lud eſſe malū ſimplr. nō tamen videꝰ ꝙ ſtante tali iudi-
cio poſſit voluntas in id moueri: niſi rō etiam iudicans il-
lud eſſe malū ſimplr aliquo mō deficeret paſſione ligata
vel alio mō ad iudicandū illud bonuꝫ vt nunc. qm̄ nihil
mouet vtutē appetitiuā niſi ſm ꝙ aliquo mō apphendiꝰ
ſub rōne boni. Illa ergo ratio nihil cōcludit. ¶ Ad 3^m di- Ad 3^m
cendum. ꝙ lꝫ ratio nō erret dicendo ꝙ honor ⁊ cōplacen-
tia hominū ⁊ huiuſmodi ſint delectabilia nec intercipiaꝰ
eius iudicium per paſſionē viriū inferiorum. pōt tamen
aliquo mō in eoꝝ iudicio deficere extiſtimando. ſ. aliquid
eoꝝ eſſe finē. cū nō ſit finis vel vtile ad finē cū nō ſit vti-
le. ⁊ ex hoc defectu rōnis cōtingit volūtatem huiuſmodi
male appetere dum moueꝰ tanꝗ̄ ad finē in illud qd̄ ſibi
ꝓponiꝰ a rōne errante in particulari ſub ratione finis: dū
tñ nō ſit finis vel vtile ad finem: cū tñ nō ſit vtile. ¶ Ad Ad 4^m
4^m dōm ſm Chriſ. peccata generāt errores cecitatis: que
eſt ſequela culpe ſiue pena: que ſemꝑ a peccato preueniꝰ.
ſꝫ illud Sap. Excecauit eos malitia eoꝝ. Predictus aūt Sap.2.
defectus in ratione nō habet rationē culpe ꝓprie loquen-
do. nec etiā rationem pene. vt patet ex doctrina Thome
lib°. iij. contra Gentiles. cap̊. viij. vbi dicit. ꝙ duo ꝓncipia
voluntatem precedunt. ſ. vis apprehenſiua: ⁊ obiectum
apphenſum: qd̄ eſt finis. Cū aūt vnicuiqꝫ mobili reſpon-
deat ꝓpriū motiuū. nō quelibet vis apphenſiua eſt debi-
tum motiuū cuiuſlibet appetitus. ſed hui⁹ hec: ⁊ illi⁹ alia.
Sic igiꝰ appetitus ſenſitiui motiuū ꝓprium eſt vis app-
henſiua ſenſibilis. ita volūtatis ꝓpriū motiuū eſt ipſa rō
ei reſpondens. Rurſus cū ratio multa bona ⁊ multos fi-
nes apprehendere poſſit. ⁊ cuiuſlibet ſit ꝓprius finis. ergo
voluntatis erit finis ⁊ ꝓprium motiuū nō bonū qd̄libet:
dicit ꝙ pdicta verba ſaluatoris. Nolite portare ⁊c̄. vſq3
mercede ſua. ſm ꝙ exponit Aug. nō pertinent ad pfectio-
nem vite ſed ad dignitatē dupliciter intelligi pōt. Si in-
telligat qđ de expoſitione Aug. nō habet̄ ꝙ predicta vba
ptineāt ad pfectionē vite verū dicit. q2 nec Aug⁹ nec alij
ſancti ſemper exponūt ſcripturā ſacraꝫ oībus modis qui-

bus poteſt cōuenienter exponi. Si tamen intelligat ꝙ per
expoſitionē Aug. haberi pōt ꝙ predicta verba chriſti nō
pertinent ad perfectionē vite: ſic falſum dicit. ſicut patet
cōſideranti verba Aug. que ſunt hec. Cū. ſ. ante diceret eis
chriſtus: id eſt Apoſtolis. Nolite portare aurum ⁊c. conti
Mat.x. nuo ſubiecit. Dignus eſt operarius mercede ſua ſiue cibo
Luc.x. ſuo. Unde ſatis patet cur eos hec poſſidere aut ferre no
luerint: nō quia nō ſint neceſſaria ſuſtentationi huius vi
te: ſed quia eos ſic mittebat. vt eis hec exhiberi monſtra
ret ab illis quibus euangelium credentibus nuntiarent.
Hec Aug. In his verbis non negat Aug. predictoruꝫ ne
ceſſariorum abdicationem ad perfectionem vite pertine
re. ꝗuis inſinuet eorum miniſtrationeꝫ a credentibus de
beri. Saluator ergo per predicta verba abſtulit apoſtolis
neceſſaria. ⁊ ſic indixit eis neceſſitatem. ⁊ ideo ne timerēt
penuriam ⁊ verecundiaꝫ: opꝫ eis neceſſaria deberi ab au
ditoribus. Unī dicit Ambroſius homel. xxxiij. ſup Mat
theū. Et nō dicāt Apoſtoli mendicātes iubes nos viuere
⁊ verecundater in hoc monſtrat hoc debituꝫ exiſtere ope
rarios eos vocando. ⁊ quod datur mercedem nominādo
¶ Quod infert quarto ꝙ totum illud. Nolite poſſidere
auruꝫ ⁊c. non eſt preceptum nec conſilium: ſed conceſſio.
Hoc reuera videtur eſſe contra euangelium ⁊ contra ſan
ctos. Mattħ. x. ſcribitur. Hos duodecim miſit Ieſus pre
cipiens eis ⁊ dicens. In viam gentiuꝫ ne abieritis. Et pau
cis interpoſitis ſubditur. Nolite portare auruꝫ. Et Mar
ci ſexto expreſſius precipit eis: ne quid tollerēt in via: nō
virgam: nō peram: non panem: neqꝫ ęs ⁊ ȥonam: ſed cal
ceatos ſandalijs. ⁊ ne induerētur duabus tunicis. Et Am
broſius ſuper Lucā ſuper illud. Nolite portare ⁊c. ibi ait
Ambroſius. Mattheus ſcripſit quoniam dixit ad diſcipu
los dominus. Nolite portare aurum ⁊c. Si prohibemur
aurum poſſidere: quid eripere: quid auferre. Si quod ha
bes donare preciperis quemadmoduꝫ cogeris quod non
habeas. Et infra. Nō tam gloriatur Petrus: ꝙ aurum ⁊
argentum nō habeat: ꝗ̄ ꝙ ſeruet domini preceptū. Noli
te poſſidere ⁊c. ¶ Item ſuper illud Act. iij. Argentum ⁊
aurum nō eſt mihi. memor precepti illius. Nolite poſſide
re aurum ⁊c. pecunia que ad pedes apoſtoloꝝ ponebatur
nō ſibi: ſed ad vſus pauperuꝫ recōdebatur. Et Gregorius
xvij. homel. euangelij. Qui peram ⁊ ſacculū portare pro
hibuit: ſumptus ⁊ alimenta ex eadem predicatione cōceſ
ſit. Nam ſequitur. In eadeꝫ domo manete: edentes ⁊ bi
bentes ⁊c. ¶ Ex his patet ꝙ pars ꝑdicte auctoritatis pre
ceptorie vel ꝓhibitorie dicta eſt. Finis enim vel illud qđ
intelligitur per finem. ſ. ſumptio neceſſariorum ab audiē
tibus: dicitur per modum cōceſſionis. Unde ſuper illud
pᵉ Cori. ix. Nunquid nō habemus poteſtatem manducā
di ⁊ bibendi: dicit glo. Permiſit dominus: ſed non iuſſit
Apoſtolis accipere neceſſaria a ſubditis: vt quiſqꝫ vellet
vteretur eo qđ ſibi liceret ex diuina conſtitutione. Si qs
vo eo vti nollet: nō ꝯtra iuſſuꝫ faceret: ſꝫ ſuo iuri cederet.

Reſponſio ad hec ſm Thomā. Iſta verba Tho
me ſi bene aduertantur ſententie Au
guſtini de conſenſu euangeliſtarum plenarie innituntur.
Ait enim Aug. ibi ſic. Cum enim ſm Mattheū diceret
Mat.x. eis. Nolite poſſidere aurum: neqꝫ argentum: neqꝫ pecu
niam in ȥonis veſtris. nec peram: neqꝫ duas tunicas: neqꝫ
calciamenta: neqꝫ virgam continuo adiecit. Dignus eſt
enim operarius cibo ſuo. Unde ſatis oſtēdit: cur eos hec
poſſidere aut ferre noluerit. nō ꝙ huiuſmodi neceſſaria
nō ſint ſuſtentationi huius vite: ſed quia eos ſic mittebat
vt eis hec deberi monſtraret ab illis ipſis quibus euange
lium credentibus annuntiarent tanꝗ̄ ſtipendia militan
tibus. tanꝗ̄ vinee cultoribus. tanꝗ̄ lac gregis paſtoribus.

Unde Paulus dicit. Quis militat vnꝗ̄ ſuis ſtipēdijs: qs pᵉ Cori.
plantat vineam: ⁊ de fructu illius nunꝗ̄ edit: quis paſcit ix.
gregem: ⁊ de lacte gregis non percipit. Tunc enim loque
batur de his que neceſſaria ſunt predicantibus euange
lium. Unde paulo poſt dicit. Si nos vobis ſpiritualia ſe
minamus magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus. Si
alij poteſtatis veſtre participes ſunt: quare nō magis nos
ſed non vſi ſumus hac poteſtate. Unde apparet hoc non
ita precepiſſe dominuꝫ tanꝗ̄ euangeliſte aliunde viuere
non debeant ꝗ̄ eis prebentibus quibus annuntiant euā
gelium. Alioquin contra hoc preceptum fecit idem Apo
ſtolus: qui victum de manuum ſuarum laboribus exqui
rebat: ne cuiꝗ̄ grauis eſſet: ſed poteſtateꝫ dediſſet in qua
ſciret ſibi ſic deberi. Cum autem a domino aliquid im
peratur: niſi fiat inobedientie culpa eſt. Cum autem pote
ſtas datur: licet cuiqꝫ nō vti: ⁊ tanꝗ̄ de ſuo iure recedere.
Hec ergo loquens dominus diſcipulis id agebat: quod
ipſe Apoſtolus Paulus poſt apertius explicat ita. Neſci
tis quoniaꝫ qui in templis operantur que de templo ſunt
edunt: qui altari deſeruiunt altari compartiuntur. Sic ⁊
dominus ordinauit his qui euangeliū annuntiant de euā
gelio viuere. Ego autem nullius horum vſus ſum. Cum
itaqꝫ dicit dominum ordinaſſe ea: ſe autem vſum nō eſſe:
vtiqꝫ oſtendit vtendi poteſtatem datam: nō impoſitam
ſeruandi neceſſitatem. Hoc ergo ordinans dominus. qđ
cum ordinaſſe dicit apoſtolus. qui euangeliuꝫ annuntiāt
de euangelio viuere. illis Apoſtolus loquebatur: vt ſecuri
non poſſiderent neqꝫ portarent huic vite neceſſaria: nec
magna nec minima. ideo poſuit. nec virgam: oſtendens a
fidelibus ſuis omnia deberi miniſtris ſuis. nulla ſuper
flua autem requirentibus. ac per hoc addendo. Dignus
eſt operarius cibo ſuo. prorſus aperuit ⁊ illuſtrauit: vnde
⁊ quare omnia loqueretur. Hanc igitur poteſtatem nomi
ne virge ſignificauit ne quid tollerent in via niſi vgā tm̄.
Cum igitur predicta ſententia Thome tam plenarie (ſi
cut patet intuenti) in predictis verbis Auguſtini cōtinea
tur: nimis eſt verecundum. immo errori propinquum.
eandem ſententiam fore contrariam dictis ſanctorum. ⁊
ipſam contra ſancta euangelia dicere: quam per ſenſum
euangeliſtarum protulit tantus doctor. Non tamen ne
gamus quin verba illa aliter valeant exponi. ⁊ ꝙ non ha
bere argentum vel aurū in paupertate voluntarie aſſum
pta ad perfectionem pertineant: put dictum eſt. qđ ⁊ ipſi
in propoſito multipliciter: ſicut patet aſtruere nitunt̄. Ex
his tamen non ſequitur: quin verba domini predicta eo
modo quo ea exponit Auguſtinus loco predicto nō perti
neant ad perfectionem vite: ſed ad perfectionem digni
tatis apoſtolice. quod quia euidenter in verbis Auguſti
ni relucet preallegatis: ad refellendū omnia que dicunt
ad preſens: plura adducere non oportet. qualiter enim nō
habere huiuſmodi pertineat ad perfectionem: dictuꝫ eſt
in reſponſionibus ſupra ad obiecta contra ſecundam ſe
cunde. articulo. xv. vbi obiecta eorum que contra Tho
mā habent in hac parte euidentius diſſoluuntur. per que
patet reſponſio ad ea que hic obijciuntur ad idem inten
tum ſuum concludendum. Quid autem principaliter in
hoc toto intenderint: lectoris arbitrio relinquatur.

¶ Finit Correctorium Egidij Romani Corru
ptorij dictorum Thome: in queſtioni
bus diſputatis de Uirtutibus.

¶ Sequuntur reſponſiones Egidij Romani
ad obiecta contra dicta ſancti Thome: in
queſtionibus de Potentia dei.

ARticulus Primus. De hoc quod Thomas. q. iij. articulo primo. vbi querit: vtrum deus poſſit aliqd creare de nihilo: In reſponſione. xv. argumenti dicit. ꝙ materia proprie loquendo non habet ideaʒ in deo niſi compoſiti. Et in parte prima. q. xv. arti. iij. in reſpōſione tertij argumenti dicit. Sic materia habet ideam in deo: non tamen aliam ab idea compoſiti. nam ſm ſe nec habet eſſe: nec eſt cognoſcibilis.

Corruptorium. Hoc eſt falſum. quia cū materia proprie loquendo habeat aliam eſſentiam ab eſſentia forme ⁊ compoſiti: neceſſe eſt ꝙ materia in deo habeat ideam ſue eſſentie correſpondentem. vel erit ponere aliud a deo principium: in quo materia ſuam habeat ideam. quod erit materie effectiuum. vel ꝙ materia habeat eſſe eternum ⁊ non a deo vel ab aliquo principio cauſatum. quorum vtrunqʒ eſt erroneum. Hoc alibi eſt improbatum. ⁊ magis diffuſe: ſupra contra de veritate in articulo tertio.

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Verū eſt iſtud quod tamen nixi ſunt ſupra īprobare. ſed ad illa que ibi diffuſius dicunt. Et ad illud quod hic repetant: patet ſolutio per ea que dicta ſunt in reſponſionibus ad obiecta contra primam partem arti. iij.

ARticulus Secundus. De hoc quod Thomas dicit. q. iij. art. ix. vbi querit: vtruʒ anima rationalis educatur ita eſſe per creationem vel traductioneʒ. In reſponſione. ix. argumenti loquens de generatione hominis ita dicit. Per virtutem formatiuaʒ que eſt a principio in ſemine primo abiecta forma ſpmatis ⁊c. Tandeʒ abiectis alijs formis inducitur a creāte anima: que ſimul eſt rationalis. ſenſibilis ⁊ vegetabilis.

Corruptorium. Hic redit ad vnitateʒ forme in homine. quod reprobatuʒ eſt in. q. de anima. articulo. xi.

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Hic oportet redire ad reſponſiones que date ſunt ſupra contra primam partem articuli. xxxi.

ARticulus Tertius. De hoc qḋ Thomas. q. v. articulo pmo. in reſponſione ſecundi argumenti dicit. ꝙ non alia operatione deus producit res in eſſe: ⁊ in eſſe conſeruat.

Corruptorium. Contra hoc eſt ꝙ creatio nec eſt nec eſſe poteſt per cooperationem alicuius alterius. Conſeruatio autem multorū poteſt eſſe per cooperationeʒ gratie. artis ⁊ nature. huiuſ-
2 modi ergo non ſunt idem. ¶ R. operatio qua deus producit res in eſſe: ⁊ conſeruat eas in eſſe: dupliciter poteſt intelligi. vel operatio operans: id eſt voluntas qua res in eſſe producit ex nihilo. ⁊ iuxta quaʒ ſic res producte in eſſe conſeruantur. ⁊ ſi ſic accipiatur. alia dicenda eſt operatio ab illa ſm rationem. nō ſm rem. qr alia eſt voluntas ſm rationem qua deus vult rem in eſſe pduci. ⁊ alia qua vult rem in eſſe conſeruari. Niſi enim poni poſſet diuerſitas vel pluralitas voluntatum ſm rationem non ſm reʒ ſicut idearum: poſſet dici ꝙ eſſet eadē voluntas dei qua vult ſolē oriri ⁊ Luciferū dānari: ⁊ Petrū ſaluari. qḋ non vꝫ. Pōt ēt opatio qua deus res pduxit in eē: ⁊ opatio qua res in eſſe ꝯſeruat: itelligi operatio operata: ſcilꝫ inchoatio eſſendi: ⁊ continuatio eſſendi ſiue res incipiens primo eſſe: ⁊ res permanens in eſſe. ⁊ ſic adhuc non ſunt penitus idem operatio productionis ⁊ operatio conſeruationis.

Nam Geneſis primo dicitur. ꝙ die ſeptimo requieuit dominus ab omni opere qḋ patrarat. Et Joannis quinto dicitur. Pater meus vſqʒ modo operatur: ⁊ ego opor. Sed alia eſt operatio a qua requieuit ⁊ qua ſemper operatur. quieuit enim a productione rerum productarum. ⁊ operatur vſqʒ nunc rerum conſeruationem. als enim in nihilum tēderent ſm Gregoriū. Alia ergo operatione producit res in eſſe: ⁊ conſeruat eas in eſſe. ¶ Item Auguſti- 3
nus ſuper Geneſim. vi. dicit. ꝙ aliud eſt opus cōditionis: ⁊ aliud opꝰ ꝯſeruatiōis. ſed idē eſt ꝯditio ⁊ pductio. g ⁊c.

Reſponſio ad hec ſm Thomaʒ. In. q. vbi ſupra ponitur quod impugnant in Thoma in reſponſione argu. ſecundi. vbi dicit ſui rationem reddit: dicens: ipſum eſſe rerum permanentium non eſt diuiſibile niſi per accidēs: prout alicui motui ſubiacet. ſm ſe autem eſt in inſtanti. vnde operatio dei que eſt per ſe cauſa ꝙ res ſit: non eſt alia: ſm ꝙ facit principium eſſendi: ⁊ eſſendi continuationem. ¶ Ad ea autem que obijciunt Ad pm
dicendum ad primum. ꝙ ea que producuntur a deo immediate per creationem immediate ab eo conſeruantur in eſſe. Et loquor de his que alia via in eſſe pduci nō poſſunt: cuiuſmodi ſunt intelligentie ⁊ angeli ⁊ corpora celeſtia: ⁊ huiuſmodi: que vō producunt vel produci poſſunt de ſua natura a deo per cauſas medias: illa apta nata ſūt per aliquas cauſas medias conſeruari in eſſe. ¶ Ad ſecū- Ad 2m
dum dicēdū. ꝙ operatio dei operās: nihil aliud eſt ꝙ̄ ſua eſſentia que eſt omnino inuariabilis. Nec videtur inconueniens ꝙ ſit eadem operatio vel voluntas dei ad quam cōſequūtur effectus diuerſi. dūmodo tamē ſint tales qui conueniunt ipſi: hoc dixeriꝫ propter hoc quod interſerūt de luciferi damnatione. Ipſa enim culpa pro qua damnatur: ab ipſa voluntate dei non proceſſit. verūtamen concedendū eſt ꝙ eadē eſt voluntas dei inuariabilis qua vult bonos pro ſuis benemeritis premiari. ⁊ qua vult malos pro ſuis demeritis damnari. Opatio vō dei opata hec eſt creatio vel productio paſſio. ⁊ ſimiliter cōſeruatio paſſio non dicunt aliam rem abſolutam additaʒ rei: vel eius eſſe a deo accepto. quoniam creatio paſſio dicit mihi ipſaʒ acceptionem eſſe rei cum quadam nouitate. Conſeruatio vō includit eandem acceptioneʒ circumſcripta nouitate intellecta ſm noſtrum modum intelligendi quadaʒ continuatione. Quis in ipſo eſſe rei permanentis continuitas nulla cadat: cum ſit totum ſimul ⁊ in indiuiſibili ꝯſiſtat. ¶ Quod autem dicitur Joā. v. Pater meus vſqʒ modo operatur. poteſt verificari vno modo ꝙ non ceſſat a rerū productione. ⁊ tunc ſicut res ſunt alie: ſic productiōes ſūt alie: ⁊ ſimiliter conſeruationes. Si aūt intelligatur ꝙ que prius operatus eſt per creationem: adhuc dicitur operari propter earum conſeruationeʒ: tunc iſte due operationes vt dictum eſt: realiter differre non poſſunt. quoniaʒ acceptio eſſe cum ſui nouitate: vel cū quadam continuatione intellecta penitus eadem eſſe reperitur. ¶ Ad tertiuʒ qḋ Ad 3m
dicit Aug. aliud eſſe opus conditionis: aliud conſeruationis: habet intelligi de alietate ſm rationeʒ. ⁊ eo modo cōcedimus iſta duo eſſe diuerſa. hoc vō non eſt cōtra Thomā: qui ponit vtrūqʒ ad eādē opationeʒ realiter ptinere.

ARticulus Quartus. De hoc quod dicit Thomas in de potentia dei. q. v. articulo. viij. vbi querit: vtrum ceſſante motu celi remaneat actio ⁊ paſſio in elemētis: In reſpōſione principali ſubſtantie ſeparate ſunt perfectiores in agendo ꝙ̄ corpora celeſtia. quia nō ſunt compoſite ex materia ⁊ forma.

Corruptorium. Hoc vltimuʒ eſt falſum: ſcilicet de ſubſtantijs ſeparatis

vt oſtenſum eſt parte prima.

Reſponſio ad hec ſm Thomam. In reſponſionibus contra primam partem. articulo x. patuitq3 nulla ſit eoꝝ oꝛdinatio. z q3 falſa poſitio i hac pte.

¶ Finit Correctoꝛiuz Egidij Roma. Corruptoꝛij dictoꝛ Thome in queſtionibus diſputatis de potentia Dei.

¶ Incipiunt reſponſiones Egidij Romani ad obiecta cōtra dicta ſancti Thome in queſtionibus de quodlibetis.

ARticulus Primus. De hoc quod Thomas. qōlibet.i.q. vbi querit: vtrum angelus dependeat a loco corporali ſm ſuam eſſentiam. aut ſit in loco ſm operationez. Dicit q angelus eſt in loco per contactuz virtutis: hoc eſt per operationē. Et in parte.i.q.iij.arti.i.in reſpōſione principali dicit: q angelus per applicationē virtutis angelice ad aliquē locum qualitercunq3 dicitur eſſe in loco. vnde non opoꝛtet q ſit in loco vt contentum: ſed vt continens aliquo modo. Et eadem.q.arti.iij.in reſponſione pꝛīcipali dicit. q angelus dicit eſſe in loco per hoc q virtus eiꝰ imediate ꝯtigit locū per modū ꝯtinētis pfecti.

Coꝛruptoꝛium. Si intelligit ita q non ſit aliter in loco q3 hic z alibi verba ſua intendere videntur. manifeſte eſt erroneum: z contra euangelium Mathei.xviij. Angeli eoꝛuz ſemper vident faciez patris zc. Cum igitur angelus ad operationē vel in operatione (que eſt dei viſio) non attingat locum: nec indigeat loco: angeli ſoli dei contemplationi vacātes qui dicuntur aſſiſtētes iam non erunt in loco. z per conſequens nec in celis. Cuius cōtrarium tenet fides z euangelium. Unde Gregoꝛius.ij. moꝛalium. Angeloꝛuz ſpiritus loco quidem incircum ſcripti ſunt. ſequitur quidē per hoc q incircū ſcripti ſunt exiſtunt. per hoc autem q inter pre-

2 ſentes exiſtunt: nunq3 recedunt. ¶ Itez dicte poſitiones ſunt ꝯrie cuidā poſitiōi Pariſieñ per iniam que eſt. q angelus eſt in loco p diffōnē. z iō locus angeloꝛ z aiarū beatarum qui erit coꝛpoꝛum gloꝛificatoꝛuz. ſ. celū empireū.

3 ¶ Item videtur fauere errori.xxiij. nuper cōdemnato: qui eſt q anime ſeparate non ſunt alicubi niſi per operationem. z non poſſunt moueri ab extremo in extremū per medium: niſi qz poſſunt velle operari in medio vel extremis: error eſt ſi intelligitur ſubſtantiaz angeli non eſſe in loco: nec tranſire de loco ad locum.

Reſponſio ad hec ſm Thomaz. Qualiter hec q hic z alibi dicit Tho. nullius aſſertiōi vere cōtrarietur: imo ipſam contineat veritatem: dictum eſt ſupra in reſponſionibus ad obiecta contra primā partem ar.xvi. In nullo enim obuiat ſua poſitio quin angeli ſint in celo ſiue alio quocunq3 loco: vt ipſi ſibi hic z alibi falſe imponunt: ſed ſicut patet intelligenti pulcherrime docet modū quo ſpiritus in coꝛpoꝛe z loco ſunt ponēdi. z qualiter eoꝛum tranſitus quez non negat ſed declarat debeat intelligi. Unde contra eum non ſunt que hic z alibi contra ipſum obijciuntur: ſicut ſupra in articulo.xvi. ſupradicto oſtenſum eſt.

ARticulus Secundus. De hoc quod Tho. quodlibeto.q.vi. vbi querit. vtrum anima rationali adueniēte coꝛpori coꝛrumpantur omnes foꝛme que prius fuerant ſubſtantiales z accidentales. In reſponſione principali dicit. q impoſſibile eſt in vno z eodē plures foꝛmas ſubſtantiales eſſe. z hoc ideo. quia ab eodem res habet eſſe z vnitatem. Manifeſtum eſt autem q res habet eſſe per foꝛmam. vnde z per foꝛmam habet vnitatem. z pꝛopter hoc vbicunq3 eſt multitudo foꝛmarum: hoc non eſt vnum ſimpliciter. Et infra. vnde adueniente foꝛma humana tollitur foꝛma ſubſtantialis que prius inerat. alioquin generatio vnius nō eſſet coꝛruptio alterius. Foꝛme vō accidentales que prius inerant vt diſpoſitiones ad animam: coꝛrūpuntur quidem non per ſe ſed per accidens ad coꝛruptionem ſubiecti.

Coꝛruptoꝛium. Hec poſitio repꝛobata eſt ſupra.xxxi. z.xlviij. articulis pꝛime partis. ¶ Ad illud tamen q multitudo foꝛmaruz eſt contra rationem vnitatis. Dicēdum q. res in qua eſt multitudo z gradus foꝛmarum eſt vna per foꝛmam vltimā: vt expꝛeſſe dicit phs. viij. metaphy. z Comᵗᵒʳ eius in parte illa. Et cum nos (inquit Comᵗᵒʳ) dicamus. q vnū qd̄ ſignificat diffinitio vna eſt vnuz per ſubſtātiā que eſt foꝛma: ſcilicet per vltimam foꝛmam z vltimam differētiā. eſt ergo talis res vna ſimplr z indiuiſibilis. ¶ Ad aliud dicendum. q adueniente anima rationali zc. q illa pꝛopoſitio generatio vnius eſt coꝛruptio alterius z ecōuerſo: habet veritatem ſemper in generatione ſimplicis. ſicut quando elementum generatur ex alio elemento. non autem habet ſemper veritatē in generatione compoſiti: ſcilicet quando compoſitum generatur ex ſimplicibus: ſiue compoſitum ex cōpoſito. Quis in ſingulis elementis ſint plures foꝛme ſubſtantiales vt foꝛma ſubſtantie z foꝛma coꝛpoꝛis foꝛma elementaris. tamen ſola foꝛma elementaris facit elementum exiſtere in actu. ergo elementa nō exiſtunt in actu niſi per foꝛmas elementares que contrarie ſunt. z ideo quando vnum generatur aliud coꝛrumpitur. non ſic autez eſt in generatione mixti ex ſimplicibus elementis. quando enim mixtum generatur ex ſimplicibus elementis. non coꝛrumpuntur elementa: abſit. ſed alterantur ſm philoſophuz. generatio ergo vnius eſt coꝛruptio alterius in talibus. ¶ Aliter poteſt dici. q. pꝛopoſitio habet veritatē ſi recte intelligitur: z ſm mentez auctoꝛis. non enim dicit philoſophus. q generatio alicuius eſt coꝛruptio eiuſdem: ſed coꝛruptio alterius. vt patet. in generatione enim hominis ex ſemine pꝛimo inducitur foꝛma embriōis. ſecūdo anima vegetatiua. tertio ſenſitiua. tandem infunditur rationalis. z hec omnia pertinent ad generationem vnius z eiuſdez. z ideo non opoꝛtet q per infuſionem anime rationalis coꝛrumpatur ſenſibilis et vegetatiua. qz ad eiuſdē indiuidui generationē pertinēt.

Reſponſio ad hec ſm Thomaz. Hec poſitio declarata eſt ſupra in reſponſione ad obiecta contra pꝛimam partem.xxxi.ar. z.xlv. que autez hic dicūt nullius ſunt momenti. quod enim dicunt de philoſopho z Cōmētatoꝛe q diffinitio eſt vna p foꝛmā vltimā nihil facit pꝛo eis. qz philoſophus z Cōmeᵗᵒʳ non ponunt aliam foꝛmam niſi vnam: que ſub vna ratione ſignificatur nomine generis z differentie pꝛioꝛis. ſub alia ratione illa eadem non alia ſignificatur nomine differentie vlterioꝛis ſiue vltime. z q hec ſit eoꝛuz intentio patet expꝛeſſe per hoc quod dicit Comᵗᵒʳ.viij.metaᶜᵉ. cuius verba adducta ſunt ſupra arti. ſupꝛa dicto. ¶ Quod autem dicunt cōſequenter elementa manere in mixto nō coꝛrupta ſed alterata: manifeſte eſt contra philoſophum. Quod eſt alteratum z non coꝛruptum: manet actu. ergo ſi elementa ſunt in mixto eſſent ibi actu. quod eſt contra textum philoſophi qui dicit. q non ſunt actu ſed virtute. Quod qualiter debeat intelligi: patet ex dictis ibi ſupra. ¶ Itē alia reſponſio quam fingunt nihil valet. Quāuis enim totus ille pꝛoceſſus diſpoſitionis materie a ſemine vſq3 ad infuſionem

Margin notes (right column, top to bottom): t.cᵒ.16. — i — z — p 8 gnõ. — t.cᵒ.17. — 3 — Ad 1ᵐ — 2ᵒ.16. — Ad 2ᵐ — p 8 gnõ. — t.cᵒ.84 — Ad 3ᵐ

fuſionem anime rationalis:tamen neceſſe eſt ponere ꝙ ſemen differt ab embrione.⁊ embrio ab homine. Cũ igitur generatio vnius ſit corruptio alterius:neceſſe eſt dicere ꝙ generatio embriõis ſit corruptio ſeminis. Et ſimiliter generatio hominis eſt corruptio embrionis. ¶ Quod etiam fingunt tres animas:eſt contra Auguſtinum ⁊ merito reprobandam. vt patet ſupra.xxxi.articulo.

ARticulus Tertius. De hoc qđ Thomas dicit quodlibeto.i.q.xv. vbi querit:vtrũ religioſus teneatur obedire ſuo prelato precipiẽti:vt reuelet ſibi aliquod ſecretum fidei ſue cõmiſſum: Qđ religioſus non tenetur in caſu reuelare prelato ſecretum ſibi cõmiſſum. Naʒ in reſponſione principali dicit.ꝙ duplex eſt ſecretum. Unum quod vergit in periculuʒ alioꝝ quibus aliquis cauere tenetur.⁊ hoc non tenetur celare: ſed potius reuelare. Aliud ſecretum eſt quod de ſe celari põt ſine peccato.⁊ tale ſecretũ nullo modo tenetur religioſus prelato pandere etiã precipiẽti.quod eſt fidei ſue cõmiſſum. Cuius ratio eſt.qꝛ ſolẽnior eſt obligatio ad ſeruãdũ ea que ſunt fidei ⁊ charitatis que eſt ex lege nãe:⁊ ex pmiſſiõe ꝓbata:ꝙ̃ ea que eſt ex pmiſſiõe que eſt i religiõe.

Corruptorium. Secũdum mẽbrum diuiſionis nõ videtur verũ.imo oc-
1 caſio ad nõ obediendũ. Primuʒ patet.qꝛ ſicut id quod licet de ſe:qñ prohibetur nõ licet:ita ꝙ de ſe celari põt ſine peccato ſuperueniente precepto prelati iã ſine peccato non põt prelato celari:precipue cũ poſſit:velit ⁊ debeat ꝓdeſſe ⁊ nõ obeſſe. Secũdum patet.ſ.ꝙ hec ſit ꝯ bonuʒ ⁊ debitum obediẽtie.⁊ ob hoc occaſio inobediẽtie.qꝛ.ſ.ſubdit⁹ profitẽdo ſeipſuʒ quo ad corpus ⁊ animã dat ⁊ cõmittit prelato ſuo nihil ſibi de ſe ⁊ rebus ſuis retinẽdo.ſi ergo recipit ſecretũ fidei ſue cõmiſſum:ita ꝙ prelato ſuo prodeſſe ⁊ nõ obeſſe cupiẽti nõ reuelet:vtiqꝫ illicita eſt promiſſio:⁊ in preiudiciũ tam plati ꝙ̃ ſubditi:qui per prelatum debet ⁊ põt iuuari.⁊ ideo non tenetur celare:ſed pcipiẽti reuelare.nõ obſtãte ſtulta pfeſſione.ſm illud Iſid. In mala promiſſa reſcinde fidẽ:⁊ in voto turpi muta decretũ.
2 ¶ P. per hoc ꝙ ipſe recipit ſecretuʒ fidei ſue cõmiſſuʒ:nõ abſoluitur a fide quã debet plato vel reipublice.qꝛ ꝗ̃ ſubditus dʒ fidẽ prelato ⁊ cuilibet proximo:⁊ maxime reipublice.qꝛ vt dicit Tullius.ij.officioꝝ. Nulla res magis rẽpublicam ꝯtinet ꝙ̃ fides.quare cũ huiuſmodi ſecretũ celare eſt in preiudiciũ reipublice.proximi:⁊ prelati.nõ tenetur prelato precipiẽti celare:ſed reuelare. ¶ Ad rõneʒ Tho.dicẽdũ.ꝙ obligatio fidei que eſt virtus theologica: ſolẽnior eſt ꝙ̃ obligatio promiſſionis in religione.non tñ obligatio fidei que eſt virtus moralis ⁊ iuſtitie.qꝛ ſicut in re naturali obligamur ad ſeruandum fidelitatem proximo.ita ⁊ ad obediendum prelato obligamur voto ſolẽni profeſſionis ſiue religionis.

Reſponſio ad hec ſm Thomaʒ. Profeſſi in religione nunꝙ̃ ſic ſunt obligati prelato: quin poſſint fidelitatẽ proximo promittere:⁊ promiſſam licite ſeruare. Ex quo patet ꝙ iſta ſnĩa Tho.eſt vera.que
Ad pm vo obijciũt fruſtra:friuola ſunt ⁊ vana. ¶ Ad pm dicẽdũ.
ꝙ rõne precepti prelati:nõ põt fieri licitũ ⁊ debitũ quod
de ſe illicitũ ⁊ indebitum eſt:cuiuſmodi eſt fidelitateʒ in
Ad 2m promiſſo licito nõ ſeruare. Et per illud pʒ ad 2m.qꝛ nõ eſt obediendũ:quãtũcũqꝫ precipiens prelatus põt ꝓdeſſe. qꝛ nõ ſunt faciẽda mala vt eueniãt bona ſm Apľm. Quod aũt dicant ſtultã promiſſionẽ eſſe mutandã.veruʒ dicũt. ſed talis non eſt promiſſio ſtulta: de qua loquitur Tho. ¶ Ad rationeʒ quoqꝫ male reſpondent.qꝛ contra virtutem moralem precepto prelati non eſt agendũ ſicut nec contra virtutem theologicam.

ARticulus Quartus. De hoc qđ Thomas dicit qđlibe p.q.xvi. vbi querit:vtruʒ ſubditus teneatur reuelare occultã culpã fratris prelato etiã precipiẽti: In rñſione pn̄li. Si pcedit via ſimplicis denuntiationis:nõ tenetur ſubditus prelato pcipiẽti occultam culpã fratris ſui reuelare:niſi pcedẽte monitione videret eũ incorrectũ. Imo magis peccaret ſi ad preceptuʒ prelati reuelaret.quia plus tenetur obedire precepto euangelij ꝙ̃ prelato.⁊ multo magis peccaret prelatus inducẽs ſubditum vt peruerteret ordinem euangelij.

Corruptorium. Circa hoc ꝙ precipiẽtẽ ⁊ obedientem cõdẽnat ad mortale peccatũ:videtur errare.qꝛ iudicat de pcepto affirmati-
uo ſicut de negatiuo. Illud enim Mat. Si peccauerit in mat.18.
te frater tuus ⁊c̃.eſt pceptũ affirmatiuũ:qđ obligat ſem-
per.nõ tñ ad ſemꝑ:ſed tñ pro loco ⁊ tp̃e neceſſitatis:ſicut
illud. Honora patrẽ tuũ ⁊ matreʒ ⁊c̃. Sunt aũt ſex caſus mat.15.
qbus concurrentibus peccat qui fratrẽ peccãtẽ non corri mar.7.
pit ſm ordinẽ illũ euangelicũ. Aliquo autẽ illorum deficiente nõ habet neceſſario illũ corripere:ſed põt vel ſalteʒ nõ corripere vel differre.⁊ tũc prelatus qui põt ⁊ vult ꝓdeſſe:precipit ſibi reuelare culpã fratris ſui ad corripiẽdum ꝓpter pcepti neceſſitatẽ:neceſſario hʒ reuelare ſubditus tali qui põt ⁊ vult prodeſſe ⁊ nõ obeſſe:inꝙ̃tuʒ culpam fratris ſui ſcit ſolus:reuelet ſolus plato.ſi ſcit cũ pluribus:reuelet cũ plurib⁹.vel corã illis vt ſm Augm.ibi culpa moriatur vbi oritur. De illis autẽ ſex caſibus ſumũtur tres a parte fratris peccãtis:⁊ tres a pte corripientis. Primus a parte peccãtis eſt.ꝙ peccatũ nõ tñ ſit veniale ſed mortale.qđ pʒ ex precepto Math.xviij.vbi dicitur. Si te audierit:lucratus es fratrẽ tuuʒ. Et ſeqtur. Si te ⁊ eccleſiaʒ nõ audierit:ſit tibi quaſi ethnicus:hoc eſt excõicatus. Cõſtat autẽ ꝙ fratrẽ lucrari ſuppoñit ipſum fuiſſe amiſſum:ſed aliqs non amittitur niſi per mortale peccatum. Et preterea non dʒ quis excõicari niſi pro mortali peccato ⁊ nõ veniali. Igitur preceptũ datũ eſt tñ de mortali:nõ de veniali. Qui ergo reuelat ex cã veniale prelato:non facit cõtra euangeliũ.⁊ per ꝯñs nõ peccat nec obediẽs nec precipiens. ¶ Sc̃s caſus eſt.ꝙ ſi ſit ſpes de peccãtis emendatione.⁊ non timor probabilis de eius peioratione. Unde Prouer.ix. Noli arguere deriſorem ne oderit te. Greg. in glo. Nõ eſt timendũ ne deriſor cũ arguitur cõtumeliã tibi inferat.ſed hoc potius preueniẽdũ:ne tractus ad odiũ inde peior fiat.ideo tibi qñqꝫ ab eius correptione:nõ cõmoditatis tue:ſed dilectiõis gr̃a ceſſandũ. Et Aug⁹ de ci.dei. Si obiurgãdis corripiendiſqꝫ male agentibus qs parcit.qꝛ eiſdẽ ipſis metuit ne deteriores efficiãtur:nõ videtur eſſe occaſio cupiditatis:ſed ꝯſiliũ charitatis. In hoc caſu nõ tenetur frater fratrẽ peccanteʒ corripere.qꝛ tunc tenetur agnoſcere vultũ pecoris ſui:vt ei pro loco ⁊ tẽpore poſſit medelã adhibere. Certũ eſt ꝙ in hoc caſu tenetur ſubditus prelato precipiẽti obedire. ¶ Tertius caſus eſt.qñ expectatur tẽpus magis opportunũ pro faciẽda correptiõe.nã ſi rõnabilem cauſam habeat.põt frater differre: vt Aug⁹ dicit.ix.de ci.dei. Si propterea obiurgãdis corripiẽdiſqꝫ male agẽtibus qs parcit:qꝛ tẽpus opportunũ inquirit nõ eſt occaſio cupiditatis:ſed cõſiliuʒ neceſſitatis. Et in li. de cõflictu vitioꝝ ⁊ virtutum. Aptuʒ tempus expectans vt peccatorẽ arguat:⁊ eius delicta cõtra ei⁹ facieʒ ſtatuat.qñ igitur fratri ſic expectãti precipitur vt reuelet:tenetur reuelare.qꝛ prelatus põt frequẽter tẽpus aptũ habere vbi ſubditus nõ hʒ.ſic enim correptio acceleraretur. ¶ Ex parte aũt corripientis debẽt cõcurrere tria ad hoc ꝙ ſtatuʒ de-

beat corripere. Primũ eſt peccati cognitio. q2 nõ ſufficit ſuſpicio: vel alioꝝ leuis relatio. Vñ Aug' de vbis dñi tractãs illud Mat. xviij. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. dicit. ꝙ cum certe peccauerit: niſi q2 tu ſcis q2 peccauerit. Et infra. Scio ingt adulteros ab vxoribus occupatos: nõ dico tu adulter corrige te ne forte dicerẽ qd neſcires: ⁊ qd temere audiuerim ſuſpicarer. Propter qd dicit Eccĩ. xi. priuſq̃ interroges ne vituperes quenq̃: ⁊ cũ interrogaueris corripe iuſte. ❡ Scdm ꝙ in tẽpore correptionis ſit in corripiẽdo manſuetudo. q2 ſi quis iratus corripiat: magis prouocat q̃ corrigat. vñ Job. xxxvi. nõ te ſuperet ira. Super quo Grego. vij. mor. Dignũ quippe eſt vt cum aliena corripimus noſtra metiamur: vt mẽs que a ſua accenſione deferueat: prius intra ſemetipſam ⁊ zeli ſui imperiũ tranquilla equitate componat: ne ſi animaduertẽda vitia abrupto feruore trahamur corripiẽdo fratrẽ: peccemus. in correptione quidem vitioꝝ menti ſubeſſe dz iracũdia: nõ preeſſe. Si eniz qui corrigere nitit ira ſuperetur: plus opprimit q̃ corrigit. Vñ Jaco. p. Jra viri iuſticiã dei non operatur. Et in ps. Superuenit mãſuetudo: ⁊ corripiemur. ❡ Tertium eſt. ꝙ in aliquo nõ ſit maior corrigẽdi obligatio. nã ſi ſubditus videt vna cũ prelato fratrẽ illius ſubditũ peccare: poteſt licite frater nõ peccãs ſupponere ꝙ platus eũ corripiat ſicut debet. vt habet ad Heb. xij. Quis enim filius quẽ nõ corripiat pater. Quia vt dicit .iij. Reg. xx. Cuſtodi virũ iſtũ. qui ſi lapſus fuerit: erit anima tua pro aia illius. Dico ergo ꝙ qñcũq3 in fratre vel ſciente peccantẽ concurrũt tria predicta cũ tribus prehabitis ex parte fratris peccãtis: tunc eſt tẽpus ⁊ locus neceſſitatis. ita ꝙ ſi nõ corripit: trãſgreſſor eſt illius precepti affirmatiui: ſi peccauerit ⁊c. Si aliquid hoꝝ defuerit: nõ tenetur corripere quãtum eſt de virtute euãgelici pcepti: qd eſt affirmatiuum. Euãgeliũ enim intẽdit peccãtis emẽdationez. ⁊ ideo corripiẽs ſic ſe dz habere: ꝙ valeat hunc finez adipiſci. Quia vt dicit Tullius in rhetorica ſua. p. li. Ex vtilitate reipublice: nõ ex legis inſcriptione que in lrĩs eſt leges interpretari hñt. Ob cãm enim illã interpretari debẽt ob quã inſtitute ſunt. Et q2 platus põt facilius ⁊ meli' corrigere ſubditũ q̃ frater ſubditus cuius correptionẽ intẽdit euangelium. Hinc eſt ꝙ in his caſibus ex vi illius pcepti Mat. xviij. Si peccauerit ⁊c. nõ tenet niſi tũc corripere fratrez cũ tenetur plato precipienti eius culpaz reuelare vt corrigatur. Mat. xxiij. Quecũq3 dixerit vobis facite. Quia vt dicit Aug'. ſiue plectẽdo ſiue ignoſcẽdo: ſoluz hoc vnum queritur vt vita hominũ corrigat. lz eniz ſm quedã iura denunciãs prelato peccatũ etiã ad correctionẽ non audiatur ſed repellit: niſi premiſerit charitatiuã admonitionẽ que fit in fauorẽ pccis. ⁊ ne det occaſio ſubditis inſurgendi cõtra prelatos. q2 hec de facili faciũt. tñ qñ prelatus religiõis alicuius in capitulo vel alibi agit familiariter ⁊ ex ſtatuto religionis ad ſubditoꝝ correctionẽ: nõ ſemper eſt neceſſe ordinẽ corrigẽdi (poſitũ Mat. xviij.) ſeruari. vt dicitur extra de accuſationibus: qualiter ⁊ qñ debeãt ⁊c. Hũc quidẽ ordinẽ nõ credimus vſq3quaq3 circa religioſos obſeruandũ. Nõ igitur bñ dicit Tho. dicendo. ꝙ religioſus prelato pcipiẽti culpã fratris reuelare: peccat obediendo. ⁊ prelatus precipiendo. Nec ordinẽ euangelicuz peruertunt in hoc: ſed obſeruãt. q2 ſic quidam ordo regiminis fit. ꝙ rex iudicat de factis baronum. prepoſitus vero de factis ciuiũ. qñ prepoſitus videt ꝙ factũ ciuis nõ põt iudicare. vel nõ ita bene: ſaltẽ ſicut rex ſi dimittit iudicare vel punire. ex hoc defert regi: nõ peruertit ordinem.

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Via ac forma denuntiationis ac fraterne correptionis ſm doctrinam fratris Tho. declarata eſt ſuperius in reſponſione ad obiecta cõtra ſecũdã ſecunde. ar. iij. ex quibus patet ꝙ multa que hic iãguũtur ſunt pro fratre Tho. ⁊ ea que videntur cõtraria ibidem diſſoluuntur.

Articulus Quintus. De hoc qd Tho' qdlibe. p. q. xviij. vbi querit: vtrũ periurium ſit maius peccatum q̃ ipſum homicidiũ: Jn reſponſione queſtionis concedit. ꝙ periurium ſit maius peccatũ q̃ homicidium ⁊ grauius. qd ꝯfirmat per illud ad Heb. x. Omnis cõtrouerſie finis eſt iuramentum. Unde ex hoc ipſo ꝙ in cauſa cuiuſcunq3 peccati defertur iuramento manifeſte oſtẽditur ꝙ periuriũ pro maximo peccato dz haberi. nec imerito. q2 periurium videtur diuini nois abnegatio.

Corruptorium. Simpliciter loquẽdo non videtur veruz quod dicit. plura enim mala que proximũ ledant ⁊ deũ offendunt: inueniuntur in homicidio q̃ piurio. Vñ ſi alicui hec neceſſitas in iudicio imponatur. ſ. ꝙ vel occidat vel faciat iuramentum ſm rectã rõnem: videtur ꝙ magis debeat vitare homicidiũ q̃ periurium. Unde Dauid qui iurauerat occidere Nabal: penituit: ⁊ magis iudicauit vitãduz homicidiũ q̃ periuriũ. vnde benedixit ⁊ Abigail: cuius perſuaſiõe retraxit ſe ab homicidio. i. Reg xxv. ❡ Ad rationez 2 quã facit ad confirmationẽ dicti ſui dicẽdum. ꝙ pari rõne poſſet cõcludi. ꝙ periuriũ eſſet grauius idolatria ⁊ peccato ſodomie. q2 in peccato cuiuſlibet criminis ſi fama laboraret cõtra aliquẽ. ⁊ probari non poteſt: indicitur purgatio per iuramẽtũ. ſed hoc non eſt. q2 periuriũ eſt grauius quolibet ſicut ipſe ſupponit. Sed q2 alius modus quo purget vtilior non inuenit vel videt. ⁊ q2 ẽt in iuramẽto deus teſtis inuocat q eſt veritas. que nec fallit nec fallit. ❡ Ad illud vero quod addit. ꝙ periuriuz eſt quedaz abnegatio dei. attendendum ꝙ non eſt verum. ſed ſunt multi qui leuiter ⁊ ſcienter peierant. qui nulla ratione etiã pro morte vitanda nomen dei negarent. 3

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Lz qñq3 plura mala ſequantur ad homicidium q̃ ad periuriuz. tñ in caſu poſſet cõtrariuz euenire. Vñ ſm Thomã ſimpliciter. maior culpa inuenitur in periurio. q2 cõmittitur directe cõtra deũ q̃ in homicidio quod committitur cõtra proximum. ❡ Secũdo qd dicũt. ꝙ ſm rectam rationẽ in caſu neceſſitatis ſi qua fingatur. cũ tamẽ hoc non ſit poſſibile: cũ ad periuriuz nemo poſſit cõpelli: dz homo magis vitare homicidiũ q̃ periurium. ex ipſa rõne Tho. patet eſſe falſum. probatio vero quã ad hoc afferunt nullã efficaciam habet. qm Dauid minus recte iurauerat. ⁊ ideo melius ſibi erat de malo illius iuramẽti incauti penitere: q̃ ſuper hoc ipſũ peccatũ homicidij ſuperaddere. vñ illa Abigail Dauid a iuramẽto reuocans incõſiderato ait. Nõ erit tibi hoc in ſingultũ ⁊ in ſcrupulũ domino meo. ꝙ effuderis ſanguinẽ inoxium. aut ipſe te vltus fueris. Ex quo manifeſte datur intelligi. ꝙ multo melius erat de iuramẽto pro vltione inferẽda penitere: q̃ illuz qui mortẽ non meruerat ipſo genere facti. ratione cuius ⁊ ſanguis in textu dicitur inoxius pro illo iuramento ſeruando interimere. Jn malis eniz promiſſis reſcinde fidem. Ex hoc ergo nõ ſequitur. ꝙ ſimpliciter homicidiuz ſit magis fugiẽdum q̃ periurium. ❡ Quod autẽ dicunt ad rationẽ Tho. ꝙ pari ratione poſſet ꝯcludi. ꝙ periuriũ eſſet maius peccatum q̃ idolatria: planũ eſt intelligenti ꝙ nõ dicunt verum. Probatio quoq3 quam ad hoc afferunt: nõ valet. Juramentuz enim quod fit in purgatione alterius rationis q̃ illud qd fit in alijs cauſis determinãdis iudicialiter. Naz de ratione iuramẽti qd fit in purgationem alicuius eſt ꝙ agatur ad hoc. ꝙ accuſatus fame

Ad pᵐ

Ad 2ᵐ

priſtine

priſtine reſtituatur. non qꝛ periurium ipſis peccatis quibus accuſatur prepõderet in omnibus. In cauſis vero aliqͣs iudicialiter exequendis iuramẽtum preſtatur. qꝛ hoc modo ſimpliciter preſumitur. ꝙ periurium magis debeat euitari: cum ſit directe cõtra deum: ꝙ̃ leſio quecunqꝫ que tãgit proximum. Ad 3m ¶ Quod vero dicũt ꝙ multi ſunt qui ſcienter peierant: qui nulla ratione nomẽ dei denegarẽt: etiã ratione mortis euitande. manifeſtũ eſt ꝙ falſum dicunt. qꝛ in dicto ſuo cõtradictoria includunt. Qui enim peierãt ſcienter nomen dei negant. ꝛ per ipſam peierationem nõ poteſt aliud intelligi niſi quedam ipſius nominis dei abnegatio. vnde peierare ꝛ deum non negare: omnino repugnant: ſicut eſſe hominem ꝛ non eſſe animal.

Articulus

Sextus. De hoc qꝺ Tho. quodli. p̄. q. xx. vbi querit: vtrum monachus peccet mortaliter comedẽdo carnes: In reſſione dicit ſic. Eſt cõſiderãdum ad qꝺ religioſus ſe voto religionis aſtringat. Et ſi quidẽ vouet ſe regulã ſeruaturũ: videtur ſe obligare ad ſingula que in regula cõtinentur. ꝛ ſic cõtra qꝺlibet eorum agẽdo peccaret mortaliter. Et infra dicit ſic. Et ideo ſancti qui ordinẽ inſtituerunt ne imitterent hominibus laqueos dãnationis ordinauerunt modũ profitendi quo religioſus nõ promittit ſeruare regulã ſed obedientiam ſm regulam. Beatus enim Benedictus ſtatuit monachũ regulã profiteri: nõ quidẽ regulã obſeruare: ſed profitẽs promittat ſm regulã cõuerſationẽ morũ ſuorũ.

Corruptorium.

Primũ ꝙ profitẽs regulam aſtringat ſe ad oĩa que in regula cõtinentur: ita ꝙ peccat mortaliter faciẽdo ↄtrariũ: reprobatum eſt a Gregorio ꝛ Innocẽtio. iiij. ꝛ Alexãdro iiij. qui exponẽdo regulã beati Franciſci dicũt. ꝙ fratres per regulã nõ obligantur niſi ad ea que ꝑceptorie vel inhibitorie ſunt expreſſa. Ad cetera vero euangelica conſilia que in ea cõtinentur: tenentur ſicut ceteri chriſtiani: ꝛ eo magis de bono ꝛ equo ꝛc̃. Hoc etiã pꝫ per apl̃m ad Gal. v. Qui ſuſcipit circũciſionẽ debitor efficitur vniuerſe legis. ꝛ cetera que patẽt ſupra cõtra ſcḋam ſcḋe. ſ. vtrum religioſus peccet mortaliter trãſgrediẽdo ea que ſunt in regula. Et etiã baptiçatus ꝓmittit ſe ſꝫ euãgeliũ ſeruare ꝑ mãdata. ſ. vt ad ſalutẽ necĩa. ↄſilia vt expediẽtia ꝛ ad ꝑfectionẽ ꝑducẽtia. Silr̃ g̃ cũ in regulis patrum ſint q̃dã data per modũ ꝑcepti ꝛ ĩhibitiõis. q̃dã per modũ ſtatuti. q̃dam per modũ monitiõis: illi qui regulã ꝓfitẽtur nõ ſe aſtringunt ad omnia per modũ precepti: ſed ad aliqua ꝛ ad aliqua nõ. ¶ P̃. qꝛ quelibet regula eſt proprio ꝓfeſſori pro lege: ſi patres inſtitutores religionũ voluiſſent profitẽtes regulã ad omnia obligare ad quid diſtinxiſſent regulã per capitula: quoꝝ quedam cõtinent ſubalia ipſius regule. ſ. paupertatẽ. obediẽtiam. caſtitatẽ. quedam cõtinẽt ſuperadditiones preceptoꝝ ꝛ inhibitionum. quedam vero informationes agẽdorum. quedã monitiones cauẽdorum. quedam exhortationes ꝑfectionum. Sm quẽ modum diſtinxit beatus Franciſcus regulã ſuam. Falſum eſt ergo qꝺ dicit profitentes regulã obligari ad ſingula contẽta in regula. ¶ Scḋm quod dicit. ꝙ religioſus non dꝫ profiteri regulam: ſed obediẽtiã ſm regulã. eſt contra illã decretalẽ extra de regularibus ꝛc̃. ſicut patuit. ã. ¶ Et ꝑterea: ſi ſufficit promittere obediẽtiã: vt dicit. ergo ſi regula nõ aſtringit ad cõtinendũ per modũ precepti. ꝛ ſi prelatus per modum obediẽtie non prohiberet: poterit religioſus profeſſus per dictã formam: ſi non eſt in ſacris ordinibꝫ: ducere vxorem: qꝺ eſt abſurdũ. opꝫ ergo dicere ꝙ idem eſt profiteri. regulã ſm obedientiã ꝛ obſeruationẽ moꝝ ſm regulã ꝓfiteri ꝛ ecõuerſo. alioquin eiꝰ ꝓfeſſio que ꝓfitẽdo obedientiam ſm regulam ꝛ obſeruationem morum ſm regulam eſſet rationi recte ꝛ iuri canonico cõtraria.

Reſponſio

ad hec ſm Thomã. Qualiter habeat intelligi ꝙ vouentes regulam aliquã: vel viuere ſm regulam: vel obedientiam ſm regulam aliquam. Et ad ea que hic ꝛ alibi obijciũtur contra ſentẽtiã Tho. in hac parte: patet ex dictis ſupra in reſpõſionibus ad obiecta cõtra ſecundã ſecũde. articulo. lxxvi.

Articulus

Septimus. De h qꝺ Tho. qꝺli. ij. q. i. vbi querit: vtrum chriſtus in triduo fuerit idẽ homo: In reſponſione ꝑncipali dicit ſic. Nõ poteſt dici ꝙ corpus chriſti ſimpliciter fuerit idem numero. qꝛ quelibet differẽtia ſubſtãtialis excludit idẽ ſimpliciter. animatũ autem eſt differẽtia ſubſtãtialis. ꝛ mori eſt corrũpi. Nec iterũ poteſt dici ꝙ ſit ſimpliciter nõ idem vel aliud: qꝛ non eſt ſm totã ſubſtantiã non idem aut aliud.

Corruptorium.

Hanc poſitionẽ videt̃ retractaſſe vt dicit̃. Sed qꝛ retractatio nõ inuenit̃ ſcripta. Dicẽdum ꝙ corpus chriſti mortuum in triduo fuit idẽ corpus numero ſimpliciter: non ſolũ ꝓpter vnitatẽ ſuppoſiti diuini qꝺ ſolũ ibi erat: ſed etiã propter vnitatẽ forme ſubſtãtialis corporis inq̃ntum corpus. Eadẽ enim eſt forma corporis ꝛ viui ꝛ mortui. ¶ Ad rationẽ dicendũ. ꝙ aĩatum nõ eſt differẽtia ſubſtantialis corporis vt corpus eſt: ſed inq̃ntum viuũ. Eſt enim aliquid vere corpus ſine anima. vñ mori eſt corrũpi: nõ corporis vt corpus: ſed corporis viui inq̃ntum viuum fuit. Et catholice eſt credẽdum ꝛ tenendũ ꝙ fuit idem ſimpliciter. qꝛ eãdem habuit materiã ꝛ formam ſubſtantialẽ vel corporalem. ¶ Aliter dici põt ad rationem quã inſinuat. que ſic formari poteſt. Differẽtie ſubales ſm Porphyriũ faciũt aliud: ſed animatũ ꝛ inaĩatum ſunt dr̃ie ſubales corporis ſm eandem. ergo faciũt corpus aliud ꝛ aliud. ergo corpus chriſti ꝑus animatũ. ꝛ poſtea inaĩatum eſt aliud ꝛ aliud. dici põt ꝙ inaĩatum dupliciter accipi põt. ſ. priuatiue. ꝛ ſic nõ eſt differẽtia conſtitutiua: qꝛ priuatio nihil cõſtituit. ergo etiã nec ſic eſt differentia diuiſiua. qꝛ ſm Porphyrium eedem ſunt differẽtie diuiſiue generum ꝛ cõſtitutiue ſpecierum. Inanimatũ ergo ſic acceptum priuatiue: non facit corpus chriſti aliud. imo potius arguit ꝙ ſit idem numero. abſentia enim certe forme ſit in eadem ſm numerum: vbi fuit preſentia. ſicut dicit̃ in predicamẽtis. ꝙ priuatio ꝛ habitus dicũtur circa idem aliqͩ. ꝛ hoc modo ſuccedit inanimatum animato in corpore chriſti. Alio modo accipitur inanimatum in diuiſione corporis poſitiue. poſitiuam enim oportet eſſe differẽtiam que cõſtituit inferiꝰ ꝛ diuidit ſupiꝰ. ꝛ ſic acceptũ inaĩatũ facit aliud. ſic autẽ nõ accipit̃ in corpore chriſti mortui: vel in quolibet alio.

Reſponſio

ad hec ſm Thomam. Dici poteſt ꝙ corpus chriſti viuum ꝛ mortuum eſt idem numero ſimpliciter ratione ſuppoſiti: vt dictum eſt ſupra in reſpõſionibus ad obiecta contra primã partem ar. xxxi. Reſponſiones vero quas hic afferunt ad argumẽtum Tho. nihil valẽt: ſicut pꝫ intuẽti. ¶ Quod enim pͥmo affirmant ꝙ eadẽ eſt forma ſubſtantialis viui ꝛ mortui: eſt cõtra philoſophum: ꝛ cõtra omnem (vt creditur veritatem.) ¶ Quod vero quaſi corrigẽdo ſe dicunt de inanimato priuatiue ꝛ poſitiue ſumpto: fictitium eſt ſm philoſophum ꝛ omnes eũ intelligentes. Nunq̃ enim eſt priuatio forme ſubſtantialis niſi cum poſitione alicuius que nõ compatitur ſecũ precedentem priuationem. ¶ Quod vero dicunt ꝙ priuatio ꝛ habitus habẽt fieri circa idem: ſic intelligitur ſm philoſophũ ꝙ priuatio ꝛ habitus in genere accidentis habent fieri circa idem ſubiectũ actu exiſtẽs.

Sed in genere ſubſtantie circa materiam primam que eſt ens in potentia. ſicut patet per philoſophum vbiq̧.

Articulus Octauus. De hoc qd Tho. quodli. iij. q. prima. vbi querit: vtrum deus facere poſſit ꝙ materia ſit ſine forma: In reſponſione principali dicit. ꝙ hoc facere non poteſt. qꝛ includit contradictionem: ſcilꝫ materiam eſſe actu: ⁊ non eſſe actu.

Corruptorium. Hec poſitio non eſt tenenda. qꝛ preiudicat ſacramento altaris. quod patet ſic. Accidens plus depẽdet a ſubiecto q̃ materia a forma. ergo ſi non poteſt eſſe materia ſine forma: multo fortius non poteſt eſſe accidens ſine ſubiecto. ſed hoc eſt falſum: imo de facto eſt accidẽs ſine ſubiecto: vt patet in ſacramento altaris. Maior patet primo. quia materia eſt ſubſtantia: accidens vero non. ℂ Secundo qꝛ licꝫ materia ſuſtentetur per formaꝫ ſm ꝙ forma eſt eius complementū. ⁊ non poteſt denudari ab omni forma per actionem nature: nihilominus tamẽ materia ſuſtinet formam. ſm ꝙ forma non poteſt eſſe niſi in materia ſubiecta. vt dicit Com[tor] ſuper illud primi phi[cor]. ⁊ iā diximus q̄ illa ſunt. Accidens autẽ nihil ſuſtentat nec materiam nec formam neq̧ cōpoſitū: ſed ſolū ſuſtentatur. Vñ manifeſtum eſt ꝙ accidens eſt forma maioris dependentie q̃ materia. ℂ Ad hoc reſpōdet ibidẽ dicens. ꝙ accidẽs dependet ſm ſuum eſſe a ſubiecto ſicut a cauſa ſuſtentante ipſum. Et qꝛ deus poteſt cōſeruare omnes effectus cauſarum ſecūdarum abſq̧ ipſis cauſis. ideo pōt cōſeruare accidens ſine ſubiecto. Sed materia ſm eſſe actuale depẽdet a forma in q̃tum forma eſt ipſe actus eius. vñ nō eſt ſimile hec eſt ratio eius. Sed ex hoc probatur illud quod ipſe negat de materia. Cū enim omne eſſe ſit a forma: vt dicit phs. ij. de anima. ⁊ Boe[cius]. li. de trini. ij. ⁊ formā conſtat nō primam cauſam eſſe ſed deū. cum deus (vt ipſe dicit) poſſit producere oēs effectus cauſarū ſcdarū abſq̧ ipſis cauſis ſcdis: ſequitur neceſſario ꝙ deus poſſit facere mām ſubſiſtẽtẽ ſine oī forma. ſicut hoc facit forma cū cā prima plus īfluit in effectū q̃ cā ſcda. vñ dicta poſitio videtur fauere errori nuper cōdẽnato: qui eſt. ꝙ deus nō poteſt in effectuꝫ cauſe ſcde ſine cauſa ſcda. ℂ Ad illud de cōtradictione dicẽdum. ꝙ implicare cōtradictionem poteſt intelligi dupliciter. ſ. ſimpliciter ⁊ ſm omne tẽpus. vt currẽs nō mouetur. Aut vt nunc: aut ſm curſum naturalem qui eſt nūc in rebus talẽ contradictionẽ īplicant. hec aſinus loquitur. virgo parit. mortui reſurgunt. Illud vero qd primo modo īplicat cōdictioneꝫ: non pōt deus facere: ſicut non pōt ſibiipſi eſſe cōtrarius. Sed illud quod implicat cōtradictionẽ ſcdo modo tm̄. ſ. vt nunc: deus bene pōt facere. quia ſi deus aliter faceret: non implicaret contradictionem. Vel dicẽdum eſt ꝙ de ratione materie non eſt ſolum eſſe in potentia ſimpliciter: ſed eſt ſolum in potentia ſm curſum nature. hoc eſt ſm curſum modo inditum rebus. vnde eſſe in actu ſm potentiam ſupra naturam: ⁊ eſſe in potentia ſm curſum nature: non dicunt contradictionem. ℂ Preterea eſſe materie nō dependet ab actu forme. ⁊ ideo non dicit contradictionem. quia non eſt reſpectu eiuſdem: ſicut ꝙ hoc ſit longum reſpectu vnius et non reſpectu alterius.

ꝯto.81.

t.ꝯ[n].37.

Auctor ꝺ cauſis

Reſponſio ad hec ſm Thomam. Ad ea que hic dicuntur: reſponſum eſt ſupra in reſpōſionibus contra ea que obiecta ſunt contra primam partem. articulo. xxvij.

Articulus Nonus. De hoc quod Thomas quodli. iij. q. xxxi. vbi querit: vtrum demonſtratiue poſſit probari. ꝙ mundus non ſit eternus: In reſpōſione. q. dicit. ꝙ ea que ſimpliciter diuine voluntati ſubſunt: demonſtratiue probari nō poſſunt. qꝛ vt dicit[ur] p[rim]e Corin. ij. que ſunt dei nemo nouit niſi ſpiritus dei. Creatio autem mundi a nullo alio dependet niſi a ſola voluntate dei. vnde ea que ad principiuꝫ mundi pertinent demōſtratiue probari nō poſſunt. Et poſt pauca. Eſt autem valde cauendum: ne ad ea que ſunt fidei demonſtrationes quis adducat.

Corruptorium. Primum. ſ. ꝙ demonſtratiue probari non poſſit mūdū non eſſe eternū: videtur eſſe occaſio erroris ad credẽduꝫ ꝙ fuerit eternus vel potuerit eſſe. Dicimus eniꝫ ꝙ eternitas mūdi improbari pōt etiā demonſtratiue. demonſtratione. ſ. per impoſſibile: ſicut patuit. ſ. Et etiam aliter per vnum qd ipſi ponūt quaſi principiū. omne cōpoſitum eſt nouū. vt ponit Com[tor]. xi. meta[phiſi]ce ibi ⁊ volūtas ⁊ actio. Cōſtat autem ꝙ mūdus eſt cōpoſitus maxima cōpoſitiōe. ergo eſt nouus. Rō aūt ſua nō plus oſtendit ꝙ nō pōt demōſtrari eternitas mūdi q̃ eternitas aīe rōnalis vel angeli. qꝛ nec aīe nec angeli creatio depẽdet ex alia cā q̃ ex ſola volūtate diuina. Dicẽdū ergo ꝙ de his que ſoli volūtati diuine ſubiacẽt: ꝯtingit loqui dupliciter. Uno modo anteq̃ fiant. Alio mō poſtq̃ facta ſunt. Si primo modo: ſic nihil cōtingit de eis demonſtratiue ſciri vel certitudinaliter niſi per reuelationẽ. Si ſcdo modo: ſic cōtingit de eis multa ſciri demōſtratiue. qꝛ ipſa factio eorum habet vim demōſtrationis ⁊ reuelationis. Ita eſt de mundo. qꝛ poſtq̃ factus eſt pōt demōſtrari nouitas eius. ſed anteq̃ fieret: nihil abſolute de eo demōſtrari potuit. Et quod dicit poſtea: cauẽduꝫ eſt valde ne quis ad ea que ſunt fidei demōſtrationes adducere preſumat. qꝛ per hoc excellentie fidei derogatur. Ueraciter nobis videt[ur] per hoc. ꝙ perſuaſio ſua plus vergat in fidei detrimẽtum q̃ promotioneꝫ: imo eſt ꝯ beatū Petrum p[rim]e cano. iij. parati ſemp[er] ad ſatiſfactionẽ omni poſcẽti vos rationẽ de ea que in vobis eſt ſpe: ſicut ſupra. Et cū addit. ꝙ derogat fidei. eo ꝙ veritas fidei excellit omnẽ humanam rationẽ. Dicendū ꝙ veritas fidei in aliqbus articulis: non in omnibus excedit rationem humanam. qꝛ vt Aug[uſtinus] dicit li. de vera religione. Omnia illa que primo credimus: vel non auctoritatem ſecuti partim intelligūtur vt ſciantur eſſe certiſſima. partiꝫ vt ſic videātur fieri poſſe: ac ſic fieri oportuiſſe. ℂ Et licꝫ excedant rationẽ humanam pro tẽpore quando fiunt. quādo tamen facta ſunt ſeipſis rationẽ illuminant. ⁊ eleuant ad ipſum factorem cognoſcenduꝫ. vt habetur per illud ad Ro. primo. Inuiſibilia dei per ea que facta ⁊c. Unde etiam Auguſtinus. iij. de trini. Erit inquit noſtre intẽtionis in hoc opere ea que credimus non probabiles tm̄ verum etiam neceſſarias adducere rōnes. ⁊ fidei noſtre documentum veritatis enodatione ⁊ explanatione cōdere. Credo namq̧ ſine dubio ad quorūlibet explanationeꝫ que neceſſe eſt eſſe: non modo probabilia: imo etiaꝫ neceſſaria argumenta non deeſſe. q̃uis illa interim noſtraꝫ contingat induſtriam latere.

ꝯto.29.

Reſponſio ad hec ſꝫ Tho. Ad ea que hic dicunt[ur] diffuſe dictū eſt. ſ. in reſpōſionibus ad obiecta contra primam partem. articulo. vi. ⁊. vij.

ℂ Finit Correctorium Egidij Ro. Corruptorij dictorum Thome in queſtionibus diſputatis de Quodlibetis.

ℂ Incipiunt Reſponſiones Egidij Romani ad ea que obijciuntur contra dicta ſancti Thome in queſtionibus ſuper primum ſententiarum.

Articulus

ARticulus primus. De hoc quod
Tho. di. iij. primi ſcripti
q. iiij. ar. ij. in reſponſione principali dicit.
ꝙ potentie anime ſunt accidentia conſe/
quentia ſpeciem: originata ex principijs
ipſius: nihilominus tamen ſunt de integri
tate ipſius aīe: inquātū eſt totū potētiale.

Corruptorium. Hic nō video errorem. dicit
tamen plane contra Aug^us. ix.
de tri. cap̄. x. vbi dicit. ꝙ hec tria. amor. notitia ⁊ mēſque
dicit eſſe potentias aīe ⁊ partes imaginis ſunt in aīa ſub/
ſtantialiter: vel (vt ita dicā) inquit eſſentialiter: nō tanq̄
in ſubiecto: vt calor ⁊ frigus ⁊ huiuſmodi. ¶ Item idem
x. de tri. cap̄ penul. hec inquit tria: memoria. intelligētia.
voluntas: quoniā nō tres vite ſunt ſed vna vita. non tres
mentes ſed vna mens: nec tres ſubſtantie: ſed vna ſubſtā/
tia. Et ſimile dicit in pluribus locis in li. de ſpiritu ⁊ aīa.
2 ¶ Idem videtur velle Auicenna. vi. de naturalibus. pri
ma parte vbi dicit. ꝙ aīa eſt vis reſpectu actionū ⁊ reſpe
ctu formarum ſenſibilium ⁊ intelligibilium quas recipit.
Et pōt dici forma reſpectu materie in qua exiſtit. ex qui/
bus vtriſqʒ cōſtituitur ſubſtātia. aīal ⁊ vegetabile. ¶ P.
3 in libro predicamentoꝝ dicitur. ꝙ maxime ꝓpriū eſt ſub
ſtantie. ꝙ eadē numero exiſtens ſuſceptibilis eſt cōtrario
rum. hoc autem nulli accidenti cōuenit: vt habetur in pre
dicamentis. conuenit dico ſm ſe. quia lʒ eadem ſuperfi/
cies ſit ſuſceptibilis albi ⁊ nigri. hoc nō eſt ſm ſe. vt dicit
Auicēna. v. metaphyſice. ſed rōne ſubſtantie que ſubſtat.

p^a rō. Reſponſio ad hec ſm Thomam. Qꝫ autē poten/
tie anime nō poſſunt dici ſua ſubſtan/
tia vel eſſentia. patet ſic. Diuerſi actus requirunt neceſſa/
rio diuerſa ſuſceptiua. verbi gratia. Uidere ⁊ audire ne/
quaq̄ poſſunt eſſe perfectiones eiuſdē ſuſceptiui ſiue eiuſ
dē potentie. ſed ipſa eſſentia anime eſt ꝓpriū ſuſceptiuū
actus eſſendi ſiue ipſius eſſe. ergo neceſſe eſt ꝙ aliqd aliō
ab eſſentia anime ſit ſuſceptiuum ꝓpriū ipſius operari:
qui eſt actus alius ab eſſe ſiue ab actu eſſendi diuerſus.
igitur potentia que perficitur per actū operandi neceſſa/
rio differt ab eſſentia anime que perficit̄ per eſſe ſiue per
2 actum eſſendi. ¶ Item nihil habet potentiam actiuam
niſi inquantum eſt ens actu. Potentia actiua igitur pre/
ſupponit eſſe actu. ⁊ hoc ideo eſt. quia ipſū eſſe intimius
ſe tenet cum eſſentia q̄ʒ potentia actiua. quoniam eſſen/
tia nō poteſt intelligi habere potentiā actiuam circūſcri/
pto eſſe actu. Bene aūt pōt intelligi ꝙ eſſentia pficiatur
per eſſe ſuum ſiue per actū eſſendi circūſcripta potentia
actiua. Si igitur potentia anime ſit idem cū eſſentia. mul
to fortius ipſum eſſe erit idē cū eadem. ⁊ ſic eſſentia crea/
3 ture erit idē cū ſuo eſſe. qō eſt erroneum. ¶ Adhuc ope/
rationes anime ſunt inter ſe realiter diuerſe. verbi gratia
velle intelligere: ⁊ huiuſmodi. ergo ⁊ earum ṗncipia cuiuſ
modi ſunt potentie. ſ. voluntas ⁊ intellectus ſunt inter ſe
realiter diuerſa. ⁊ ſic nō pōt vtraqʒ eſſe idem qō eſſentia
anime. quecunqʒ enim ſunt eadem vni ⁊ eidem: etiā in
Solutō ter ſe ſunt realiter eadem. ¶ Sed ſi dicatur. ꝙ idē ſunt
Contra. re: ſed differunt rōne. hoc ſtare nō poteſt. qꝛ ex hoc ꝙ ali
qua res vna ſiue natura vna ſumitur ſub diuerſa rōne: nō
ꝓpter hoc eſt diuerſe operationis ṗncipium. verbi gratia.
potentia viſiua ſi ſumatur in habitudine ad ſubiectū ſub
vna ratione. vel in habitudine ad obiectum ſub alia rō/
ne: nō ꝓpter hoc eſt diuerſe operationis ṗncipium. ergo
Solutō ſimiliter nec in ꝓpoſito. ¶ Si aūt dicatur ꝙ hoc non eſt
ex diuerſa ratione ſiue ex diuerſo modo conſiderandi ꝙ
idem realiter ſit ṗncipium ꝓximum diuerſorum actuū:
ſed propter diuerſas habitudines ſiue relationes quibus
idem ad diuerſa realiter refertur. Nec hec quidem ſtare Contra.
poteſt. qꝛ relatio non eſt ṗncipium alicuius operationis.
alioquin in relatiōe eſſet motus. qō patet eſſe falſū. ergo
diuerſitas ſola relationis nō pōt facere operationum vel
actuum diuerſitatem realem. Multa poterant adhuc ar
gumenta adduci: ⁊ multa inconuenientia ex iſta poſitio/
ne. ſ. ꝙ potentie anime ſunt ipſa ſua eſſentia. ꝯcludi qbus
poſſet ꝓbari. ꝙ qui ſunt poſitionis illius: nō ſunt longi ab
errore. ¶ Qꝫ aūt dicunt huiuſmodi opinionem eſſe con/
tra ſniam beati Auguſtini patere poteſt Aug. lucidius in
telligenti nō eſſe verū. Auctoritates illas quas adducūt Ad p^m
de Aug^no: exponunt doctores per hoc. ſ. ꝙ Aug^s nō itende
bat ꝙ ipſe potentie anime in ſe conſiderate: abſtractiue
dicantur ſubſtantiales vel ipſa ſubſtantia anime: ſed con
cretiue. vt videlicet notitia ſumatur pro mente noſcente
vel nota. ⁊ amor pro mente amante vel amata. vbicunqʒ
ponuntur notitia ⁊ amor ab Auguſtino eſſe ipſa eſſentia
anime ſiue ipſi conſubſtantiales. ¶ Qō autem oportet
dicto modo verba Aug^ni intelligere: patet. quia nequaq̄
in alio ſenſu verba eius verificari poterūt circa hanc ma
teriā. Ait enim. xi. de tri. cap̄. iiij. loquens de trinitate illa
que inuenit̄ in parte imaginatiua. qō ergo eſt ad corporis
ſenſum aliquod corpus in loco: hoc eſt ad animi aciem ſi/
militudo corporis in memoria. Et qō eſt aſpicientis viſio
ad eam ſpeciem corporis ex qua ſenſus formatur: hoc eſt
viſio cogitantis ad imaginem corporis in memoria con/
ſtitutam ex qua formatur acies animi. Et qō eſt intentio
volūtatis ad corpus viſum viſionemqʒ copulandam: vt
fiat ibi quedam vnitas trium: q̄uis eorum ſit diuerſa na
tura: hoc eſt eadem voluntatis intentio ad copulandam
imaginem corporis que eſt in memoria. ⁊ viſionem cogi/
tantis. i. formā quā cepit acies animi rediens ad memo/
riam. ⁊ hic quedam vnitas ex tribus nō iā nature diſcre
tis: ſed vnius eiuſdemqʒ ſubſtātie. qꝛ hoc totū intus eſt
⁊ totum vnus animus. Et eandem ſniam repetit. xv. de
trini. cap̄. viij. Deinde ab ipſo animo ob hiis que extrinſe/
cus ſanctſata ſunt velut introductis inuenta altera trini/
tas: vbi apparent eadem tria eſſe vnius ſubſtantie imago
corporis que in memoria eſt. ⁊ inde informatio cum ad
eam conuertitur animus cogitantis: ⁊ vtrunqʒ cōiungēs
intentio volūtatis. Ecce in vbis auctoritatis pme ſpecies
in memoria repoſita. ⁊ eius ſimilitudo in acie cogitantis
expreſſa: dicunt̄ eſſe ipſius animus: ſicuti ⁊ volūtas vtrū/
qʒ cōiungens. qꝛ de tribus ſimul ait totū intus eſt ⁊ to/
tum vnus animus. Sed manifeſtum eſt ꝙ nec ſpecies in
memoria: nec etiam ſimilitudo in acie cogitantis expreſſa
eſt ipſa anima: vel ipſe animus abſtractiue intellectus. er
go opʒ ꝙ iſta ſnia Aug^ni ſic intelligat̄. ſ. ꝙ illud cui ſpēs
in memoria imprimitur. ⁊ illud in cuius acie eius ſimili/
tudo exprimit̄: ipſe animus vel anima eſſe dicat̄: vt ſpēs
tam hec q̄ʒ illa nō pro ipſis ſpeciebus abſtractiue: ſed pro
ipſa anima ipſis ſpeciebus informata cōcretiue accipiat̄.
Igitur ⁊ in eodem contextu ipſa voluntas non quidem
abſtractiue accepta pro potentia ſola: ſed pro ipſa anima:
inq̄ʒtum ſibi ineſt potentia volitiua per quā copulat illā
ſpeciem que eſt in memoria ⁊ viſione cogitantis: ipſe ani/
mus vel anima perhibetur per hoc quod dicitur: hoc totū
intus eſt ⁊ vnus animus. ¶ Qꝫ etiam ſic ꝯcretiue habeāt
itelligi verba Aug^ni amplius patet ex verbis ſecunde au/
ctoritatis. quoniam imago corporis que in memoria eſt:
⁊ informatio cum ad eam conuertitur acies cogitantis. ⁊
vtrunqʒ ꝯiungit itētio volūtatis īpoſſibile eſt dicere eſſe
ipſā eſſentiā ſi abſtractiue accipiant̄. qꝛ ipſa ſpēs in me
moria accipit̄ ab extra. ſic pʒ per Aug^m. li. x. c^o. xix. vbi ſic
ait. De ipſis imaginib^9 corpis int^9 igr in aīa eas iuenit per

corpus impreſſo.qđ autem alicui ab extra īprimit̃:nimis fatue ⁊ abſurde ipſa eius rei eſſentia aſtruitur.Informatio quoqꝫ aciei nūc adeſt nunc abeſt.⁊ ſilr intentio voluntatis.vñ vtraqꝫ operatio in genere accidentium neceſſario reperit̃.⁊ per cōſequens ipſa ſubſtantia aīe nulla rōne poterūt affirmari. Uerba igit̃ illa Augꝰ de iſtis ſumptis cōcretiue habent intelligi ſub hoc ſenſu.ſ.ꝙ illud cui ſpēs in memoria imprimit̃.⁊ ꝙ per eius ſimilitudinem in acie expreſſam informat̃.⁊ ꝙ per voluntatē forme ſic apprehenſe copulat̃:eſt vnius ſubſtātie.put dicit̃.xv. de trini.⁊ totū vnus animus:put dicit̃.xi. capitulis precallegatis.¶ Illā auctoritatē Augꝰ.x.de trini.exponit magiſter ſniaꝝ.iij.di. ſꝫ hec tria dicunt̃ vna mēs ⁊c̃.hoc eſt in vna mente cuius ſunt vires ⁊ ꝓprietates naturales:ſicut patet per magr̃m ibidē.¶ Qđ autem dicunt de Auicenna:nihil eſt.lꝫ enim Auicenna ponat eandē eſſentiā aīe eſſe radicem oīum potentiaꝝ.qđ vtiqꝫ eſt contra barbaꝫ ipſoꝝ.cū ponant tres aīas in homine.ꝓpter hoc nō ponit ꝙ ipſe potentie aīe ſint ipſa eius eſſentia.Qđ dicit.anima vis eſt reſpectu actionū ⁊c̃.ſic habet itelligi.qꝛ in ipſa oīa radicantur vires que ſunt pncipia oīuꝫ actionū huiuſmodi.¶ Ad vltimū qđ inſinuāt.ꝙ potentie aīe deberēt dici ſubſtantie.qꝛ ſunt cōtrarioꝝ ſuſceptiue.Dicenduꝫ ꝙ ipſe potentie abſtractiue intellecte nō ſunt cōtrarioꝝ ſuſceptiue.ſed aīa potius ipſis potentijs ſubſtrata ſuſcipit contraria:virtutes.ſ.⁊ vitia:ſicut corpus ſubiectuꝫ quātitati ſuſcipit albū ⁊ nigrū.¶ Ad euidentiā eius qđ predictū eſt.verba Augꝰ: de ipſis concretiue ſumptis debere intelligi:facit ipſe modus oſtendendi quo probat notitiā ⁊ amorem accidentia nō eſſe:de trini.x.cap.iiij.vbi dicit hec nō accidentaliter ſed ſubſtantialiter.vel(vt ita dicā)eſſentialr: nō tanq̃ in ſubiecto:vt color ⁊ figura in corpore:aut aliqua alia qualitas aut quātitas.Quicqđ enim tale eſt:non excedit ſubiectum in quo eſt.Non enim color aut figura huius corporis pōt eſſe ⁊ alterius corporis ⁊c̃.Planuꝫ eſt enim ꝙ ſi abſtractiue accipiamus ſpēm intelligibileꝫ vel actum intelligendi:ſeu ⁊ actū amandi non poſſunt ſuum ſubiectū excedere:nec notitia vel amor ſi ſic accipiat̃:alteri ſubiecto q̃ menti poterunt inherere:nō plus q̃ color vel figura ſua poterūt excedere ſubiecta.Ut ergo iſte ſenſus efficax inueniatur:neceſſe eſt ꝙ verba ſua ſic intelligantur.ſ.notitia ibi accipiatur pro mēte nota.⁊ amor pro mente amata.Sic enim eſt valida ratio ſua.qđ ſic patet qꝛ intelligere ⁊ amare ſunt actiones immanentes in agēte. Hinc eſt ꝙ nullū accidens ponit̃ in obiectis quo tranſire intelligunt̃.nullum enim accidens adijcitur auro ex hoc ꝙ eſt intellectum vel amatum:ſicut eſt de operationibus que tranſeūt in extrinſecū.ſicut patet de calefactione ⁊ dealbatione:per quos accidentia illa calefactio ⁊ dealbatio acquirantur.Ex hoc liquet ꝙ eſſe intellectum nō addit aliquid menti intellecte ſicut nec lapidi intellecto. Optime ergo ꝓbat Augꝰ.ꝙ notitia ⁊ amor nō dicūt accidentia alia:inquantum ſumuntur pro mente nota ⁊ amata.Sine dubio tamen accidētia quodammodo includūt qñ ſumuntur cōcretiue pro mente amante ⁊ noſcente.qꝛ tam actus q̃ potētia hec ⁊ illa ipſi menti noſcēti vel amāti vt ſubiecto in eſſe nullatenus formidatur.

Ad 2m (margin, beside "patet per magr̃m ibidē")
Ad 3m (margin, beside "di.¶ Ad vltimū")

Articulus Secundus. De hoc quod Thomas ſcripto p̊.diſ.viij q.iij.ar.i.in ſolutione.iij. argumenti dicit.ꝙ p̄mū mobile qđ phi dicebant motum ex ſe: eſt compoſitum ex motore ⁊ moto.⁊ reuera videtur intelligere non de motore ſeparato ſed cōiuncto qui eſt anima.quod patet ex hoc ꝙ dicit motum ex ſe.⁊ ita ponit celos animatos:vt multi philoſophi poſuerunt ⁊ pene omnes.

Corruptorium. Hoc ſi ſentit videt̃ plane errare:ſic̃ ⁊ philoſophi qui hoc ponunt.Contra quos Damaſ.libꝰ.i.cap.xx. Nullus celos animatos exiſtimet:inanimati enim ſunt ⁊ inſenſibiles. ¶ Itē hoc eſt contra rabbi Moyſen:qui dicit.Si celuꝫ ab anima moueretur:aliquando quieſceret:cuius contrarium videmus.¶ Item ſi celi eſſent animati:cum corpora eorum ſint nobiliora noſtris.ſimiliter ⁊ anime vt videtur.⁊ per cōſequens celuꝫ eſſet nobilius homine.⁊ ſic cū nobiliꝰ nō ſit ꝓpter ignobilius:nō eſſent corpora celeſtia creata ꝓpter hominis ſeruitium.Cuius cōtrarium habetur Deut.iiij.Ne eleuatis oculis ad celū videas ſolē ⁊ lunam ⁊c̃.que creauit deus in miniſteriū cunctis gentibus.

Reſponſio ad hec ſm Thomaꝫ. Qualiter frater Tomas ſenſerit de aīatiōe celi. ⁊ qualiter cū beato Augꝰ in v̄bis ſuis concordauerit:oſtenſum eſt ſupra in reſponſionibus ad obiecta:contra queſtiones diſputatas.articulo.xiij.

Articulus Tertius.De hoc qđ Thomas ſcripto p̊. diſ.viij.q.iij. arti.p̊ in reſponſiōe.iij.argumēti dicit.ꝙ primus motus eſt cauſa omnis motus corporalis.eo ꝙ omnis motus corporalis ordinatur ad motum celi localem.

Corruptorium. Hoc videt̃ minus catholice dictum. Primo qꝛ poſt iudicium ſm fidem catholicā ⁊ doctrinā ſanctorum ceſſabit motus celi.⁊ tamen in īferno trāſibūt de aqs niuiū ad calorem nimiuꝫ.vt habetur Job.xxiiij.Ubi ſūt tranſitus corpoꝝ:ibi motus corporales. 1
¶ Scđo:qꝛ poſt iudicium ſtatim erit corpus beati vbi voluerit ſpiritus eius.Exemplūꝫ ⁊ ꝓbationem huius habemus in Chriſto poſt reſurrectionem.cuius conſtat motus corporalis cauſa nō fuit motus celi. 2
¶ Tertio.qꝛ credimus motū reſurrectionis corporum de puluere terre ad reſumptionē animarum.cuius cauſa nō eſt motus celi:nec ad motum celi ordinatur. 3
¶ Quarto.qꝛ motꝰ animalis ⁊ hominis ꝓgreſſiuus eſt motus corporalis.cuius cauſa non eſt motus celi ſed appetitus. 4
¶ Quinto.qꝛ hoc eſt ꝯtra Augꝰ.ix.cōfeſſ.qui vult ꝙ ceſſante motu celi:adhuc poſſet rota figuli moueri.⁊ ſermo diſtinctꝰ per ſyllabas longas ⁊ breues ꝓferri. 5
vbi ſic dicit.an non ceſſarent celi lumina:⁊ moueret̃ rota figuli.nō eſſet tēpus.aut eſſent in verbis noſtris ſyllabe alie longe:alie breues:niſi qꝛ ille longiori tempore ſonuiſſent:ille breuiori.

Reſponſio ad hec ſm Thomā.Qꝛ omnis motꝰ corporalis ordinetur ad motuꝫ celi localem.patet per phm.viij.phyſicoꝝ.nec hoc in aliquo fidei derogat. t.2a.57. ad quatuor prima.
¶ Quod aūt obijciunt de aquis niuium ⁊c̃. dici poteſt ꝙ motus ille nō eſt naturalis qualis eſt ille de quo loquuntur phi.ſed ſumitur ibi trāſitus pro immutatione:ſm ꝙ ſenſus damnatoꝝ a ſpeciebus frigoris ⁊ caloris multipliciter cruciantur.Qđ ſi quis motus ac localis tranſitus debeat ibi poni in p̄ncipium ſupernaturale vel voluntariuꝫ debet reduci.ita ꝙ naturalis nō debeat proprie dici.igitur motus corporum glorificatorum debet dici ſupernaturalis:inq̃tum cōſequuntur ad actum voluntatis.Motus quoqꝫ vel mutatio que erit in reſurrectione corporum:multo amplius in p̄ncipiuꝫ ſupernaturale reducitur ſicut patet. Ad 5m
¶ Quod tandem de Augꝰ dicunt.ꝙ ceſſante motu celi ⁊c̃.verum eſt.qꝛ per aliquem motorē libere ac volūtarie agētē hñi localr̃ mouet̃:ſꝫ nō nāl̃r.ita ꝙ motꝰ ille in p̄ncipiū qđ eſt nā:poſſit reduci.⁊ ꝙ itelligat de tali motu qui ꝓcedit a p̄ncipio voluntario:animus

per hoc

per hoc qđ ſubdit de ſmone diſtincto per ſyllabas longas
ꝛ breues.huiuſmodi enim motus locutionum reducitur
in principium voluntarium.

Articulus Quartus. De hoc qđ Thomas dicit ꝑ ſcripto.ꝺi.viij.q.v.ar.ij.in rñſione ꝑmi argumẽti ꝙ aīa non cõponitur ex aliquibus que ſint ptes q̄dditatis eius.ſicut nec quelibet alia forma.

1 Corruptorium. Hoc eſt cõtra Aug⁹.vij.ſuper Geñ.ad litteram.ante finem
pař.vbi dicit.ꝙ aīa ꝑmi hominis facta fuerit ex mã ſpi-
rituali.que quidem formationez ſuam preceſſit:nõ tem-
pore ſed origine:ſicut vox cantum:ꝛ alia multa ſunt con
2 tra hec que dicta ſunt.ꝺ.℃ Ad argumentũ in cõtrarium
reſpondeo ꝙ eſt tale. Jn.ij.de aīa dicitur.ꝙ aīa eſt actus
corporis.ꝛ ibidem dicit̃.ꝙ forma nec eſt materia nec cõ-
poſitũ. ℃ Reſponſio argumẽti nõ oſtendit:niſi ꝙ aīa
nõ eſt cõpoſitũ nec illud cuius eſt forma.ꝛ hoc eſt veruz.
3 q2 non eſt corpus. ℃ Scđo omne cõpoſitum habet eſſe
ex ſuis ꝑncipijs cõponẽtib⁹.ſi igitur ſit cõpoſita tunc ipſa
in ſe habet aliqđ eſſe qđ nunq̄ remouetur ab ea. cum ſit
īmortalis.℃ ꝑ.ex cõiunctione corporis ꝛ anime relinq-
tur qđdã eſſe qđ eſt eſſe hominis.ergo in homine eſt du-
plex eſſe.ſ.eſſe aīe ꝛ eſſe compoſiti.qđ videt̃ impoſſibile:
cũ vnius rei ſit tm̃ vnũ eſſe.℃ R̃:⁹ dõm.ꝙ hoc argumen
tum ita eſt cõtra ipſum.qui ponit animam īmaterialem.
ſicut contra eos qui ponunt eã cõpoſitã.q2 tam ipſe q̄ illi
ponunt eam exiſtentem qñ eſt ſeparata.ꝛ ita ſemꝑ qñ eſt
coniuncta habet duplex eſſe.ſ.eſſe aīe ꝛ eſſe coniuncti ſm
hanc viam.℃ Ad argumentum ẽt dicimus.ꝙ eſſe cõpo
ſiti eſt eſſe duoꝝ rerũ ꝛ nõ vnius.ꝛ hoc nõ eſt incõueniẽs.
4 q2 duoꝝ ſunt duo eſſe.℃ Tertio.oīs compoſitio que ad-
uenit alicui poſt ſuũ eſſe cõpletũ eſt ei accidẽtalis.ſi ergo
anima eſt compoſita ex ſuis ꝑncipijs habens eſſe ꝑfectũ:
cõpoſitio eius cum corpore erit ei accidẽtalis:ſed compo-
ſitio accidentalis terminatur ad eſſe vnum per accidẽs.
ergo ex aīa ꝛ corpore nõ efficitur vnum niſi per accidens.
℃ R̃ñdeo ſicut primo.hec ratio eſt contra ipſum: qui po-
nit animã ſimplicẽ formã per ſe ſubſiſtentem ꝛ habentẽ
eſſe nature ſue ꝑfectum.ergo accidẽtalis erit compoſitio
ſm hoc.℃ Ad argumentũ tertiũ dicimus aliter.ꝙ cum
dicit aīam habere eſſe perfectum anteq̄ cõiungat̃ corpo
ri hoc eſſe falſum.q2 enim aīa apta nata eſt eſſe corporis
ꝑfectio:nõ habet perfectũ nature ſue modum:niſi quan-
do habet corpus ſibi coniunctum.corpus inquã nõ aīale
ſed ſpũale in tanta facultate ſibi obediens:vt ſit ſibi glo-
rie quod ꝑus fuit ſarcine:vt habet̃.xij.ſuper Geñ.in fine.
Jta etiã modo nõ haberet eſſe ꝑfectum ſue nature niſi
vnita eſſet corpori animali.i.qđ facit animale.

Reſponſio ad hec ſm Thomã. Qualiter aīa intellectiua ſicut ꝛ angelus ſit natura ſim-
plex:nec eſt compoſita ex materia ꝛ forma:multis ratio-
Ad ꝑ^m nibus ꝛ auctoritatibus poterit ꝓbari:patuit ſupra in rñſio
nibus ad obiecta contra ꝑmã ꝑtem.articulo.ix.℃ Aucto
ritates autem Aug.hic ꝛ alibi pro ſe adducũt: nihil facit
pro eis ſi ex integro recipiat̃.īmo inueniet̃ ꝙ Auguſtino
imponunt que nõ habentur ab eo: vt patet per verba ſua
ſuper Geñ.7°.cap.xxv.vbi ſic ait.Fruſtra iaz queritur:ex
qua velut materia facta ſit anima.ſed intelligi recte põt
in primis illis operibus facta:cum factus eſt dies. Sicut
eniz illa que nõ erant facta ſunt.ꝛ hec inter illa.Et ſi ma-
teries alia formabilis fuit ꝛ corporalis ꝛ ſpiritualis.nõ tñ
in ipſa inſtituta niſi a deo a quo ſunt oīa.que quidem for
mationem ſuam nõ tempore ſed origine ꝑcederet ſicut
vox cantum.quid enim de materia ſpũali facta anima
creditur.Ecce nõ aſſerit ex aliqua materia fieri.ſed ſi fiat
ex aliqua materia:fieri ꝯgruentius creditur ex ſpirituali.
Quid aũt ſentiat de hoc ſm veritatẽ: explicat infra cap.
xxvij.ſcilz vltimo eiuſdẽ libri:vbi ſic dicit. Nunc etenim
de anima quaz inſpirauit homini deus ſufflando in eius
faciem:nihil cõfirmo niſi ꝙ ex deo ſic eſt:vt nõ ſit ſubſtã-
tia dei ſed ſit incorporea:id eſt nõ ſit corpus ſed ſpiritus.
nõ de ſubſtantia dei ꝓcedens:ſed factus a deo.nõ ita fa-
ctus a deo vt in eius naturã natura vlla corporis vel irra-
tionalis anime verteret̃.ac per hoc de nihilo ꝛč. Sz ſi de
nihilo:ergo nec de materia corporali nec ſpirituali. vnde
nihil valet qđ pro ſe adducunt illud qđ dicit Aug⁹ inqui-
rendo ſub conditione. Hoc aũt pro nobis eſt ꝙ anima de
nihilo.ꝛ per conſequens de nulla materia hoc aſſerit ꝛ cõ
firmat:ſicut patet per verba ſua inſpicientibus preallega
ta.℃ Reſponſio võ quam afferunt ad primã rationem Ad 2^m
Thome:nihil valet. Planũ eſt eniz ꝙ phs diſtinguit ſub 2°de aīa
ſtantiã in materiam.formam:ꝛ compoſitũ veriſimiliter t.ꝯ^n.2.
ſicut patet ex verbis eius.Dicamus igitur genus vnũ qđ-
dam genus eoꝝ que ſunt ſubſtantie. Huius aũt aliud qui
dem ſicut materiã que ſm ſe quidem nõ eſt hoc aliquid.
Aliud autem ſicut formã ꝛ ſpeciẽ:ſm quaz dicit̃ iam hoc
aliquid:ꝛ tertium que ex his.Ex quo patet ꝙ oīs forma
diſtinguitur cõtra cõpoſituz. Nõ igitur erit veruz dicere
de forma quacũq3.ꝙ nõ erit hoc compoſitum:ſed ꝙ eſt
nullum cõpoſitũ. Jlla enim que cõdiuidunt aliqđ vnum
per ſe:ꝛ nõ per accidens:ſic ſe habent ꝙ vnum nõ ſolum
in particulari:ſed etiã in vniuerſali neceſſario remouet̃.
vbi grã cũ dicat̃.Animaliũ aliud homo:aliud aſinus. Cũ
igit̃ mã.forma ꝛ cõpoſitũ nõ per accidens ſed per ſe ſub-
ſtantiam cõdiuidant ſicut patet:neceſſe eſt hec ab inuicẽ
vniuerſaliter remoueri:ita ſcilz ꝙ nulla materia ſit for-
ma vel compoſitũ.ꝛ nulla forma materia vel compoſitũ
ꝛ nullũ compoſitum materia nec forma.Cum igitur phs
iſtam diuiſionẽ faciat:vt declaret aīam eſſe formaz:nulli
dubiũ quin ſequat̃ ſm ipſaz demõſtratiue aīam nõ eſſe
compoſitam:non vt intelligatur nõ eſſe hoc compoſituz:
ſed nullũ. Põt enim ſic formari. Nullũ cõpoſitũ eſt for-
ma.oīs aũt aīa rõnalis eſt forma. ergo nulla aīa rõnalis
eſt cõpoſituz:neceſſe eſt ergo ab anima ex quo forma eſt:
materiam ꝛ compoſituz vniuerſaliter remoueri. ℃ Qđ Ad 3^m
aũt dicũt ad ſcđm argumentũ.eſt irrationabiliter dictũ.
Jn ꝑmis enim cũ dicunt illam rõnẽ eſſe cõtrariam Tho
me falſum dicunt. Jpſe enim nõ ponit ꝙ ipſa forma aīe
recipiat quoddã eſſe in ſua mã ſpũali quã ipſi fingũt. tũc
enim ſequeret̃.ꝙ cũ aliud eſſe quoddã ꝓueniret ex cõiũ
ctione aīe ꝛ corporis.ꝙ duo eſſe eſſent in eodẽ. Jpſe autẽ
ponit.ꝙ ipſa anima accipit eſſe ꝑmo in ipſo corpore tanq̄
in ꝓpria mã cuius eſt forma.vñ ponit ꝙ anima ꝛ corpus
vnum eſſe conſtituunt:ſiue vniunt̃ in vnum eſſe. Qđ aũt
dicunt reſpondendo ad predictam rationẽ.ꝙ omne eſſe
compoſiti eſt eſſe duorum:non rei vnius: hoc falſum eſt.
quoniaz cõpoſitũ eſt res vna.Ex materia ꝛ forma etenîz
fit vere vnũ.ergo opz ꝙ habeat vnum eſſe. Una eniz po
tentia nõ põt perfici per duplicem actum ſed q̄dditas rei
compoſite ex materia ꝛ forma eſt ꝓpria potentia huius
actus.ſ.eſſe.igitur impoſſibile eſt ꝙ rei cuius q̄dditas eſt
vna ſint duo eſſe. ℃ Qđ etiam dicunt tertiã rõnem eſſe Ad 4^m
cõtra Thomã nõ cõtinet veritatẽ. Ratio enim ꝓbat.ꝙ
ſi ipſa forma anime acciperet eſſe cõpletuz ſue nature in
mã illa ſpirituali ſibi cõnãli.ꝗ̄ ipſi fingũt:tũc neceſſa-
rio ſequeret̃.ꝙ eius cõpoſitio cũ corꝑe eſſet accidẽtalis.
Sed ſm viã Thome hoc nõ ſeq̄t̃:cũ ipſe ponat aīaz que
forma ſimplex eſt:ſuũ eẽ cõpletũ recipe in corꝑe tanq̄ in
materia propria quã ꝑficit.vñ vnio cum corpore eſt ſm

eāʒ in vno eſſe ſubſtantiali. ¶ Qḋ aūt dicunt Thomam
dicere aīam habere eſſe perfectuʒ ante ꝙ̄ corpori vniaẜ:
ex dictis patet eſſe falſum. Ponit enim aīam in corpore
ſuum eſſe cōpletum accipere. qḋ tamen eā ponit retinere
a corpore ſeparatā: ita tn̄ ꝙ ſemper ad corpus habet na/
turalem inclinationem ꝓpter pfectiorem modum eſſen/
di quem habet corpi cōiuncta ꝙ̄ a corpore ſeparata.

Uide ſ hoc l. 4. diſ. 44. q. 1. ar. 2. in reſpō/ſiōe ad. 1

ARticulus

Quintus. De hoc qḋ Tho/
mas dicit ibidem in ſolutiōe
ſcḋi argumenti. ꝙ cōiunctum nō habet aliud
eſſe ꝙ̄ eſſe forme. Item in reſpōſione. ij. argu/
menti addit. ꝙ per cōiunctionem aīe cum cor/
pore nō efficitur aliquod aliud eſſe. ſed eſſe qḋ eſt anime
per ſe efficitur cōiuncti. ita ꝙ cōiunctum nō habet aliud
eſſe ꝙ̄ eſſe forme. Ideʒ dicit di. xv. q. vltima in reſponſio
ne principali.

Corruptorium.

Illud dictū oritur ex duplici
errore: quoꝝ vnus eſt. ꝙ vna
forma ſubſtantialis eſt in cōiuncto: que cum materia pri/
ma cui immediate ſine alia precia diſpoſitione cōiungiẜ
facit cōpoſitum. ¶ Scḋs eſt. ꝙ materia talis. ſ. prima nō
habet eſſe: nec pōt habere niſi per formā. ꝛ ambo errores
a magiſtris ſunt reprobati. Dico ergo ꝙ ſicut cōpoſitum
ex anima ꝛ corpore eſt aliud ens ꝙ̄ alterum qḋlibet com
ponentium. Ita etiam ꝛ eſſe cōpoſiti eſt aliud ꝙ̄ eſſe for/
me. eſſe eniʒ eſt ꝓprius actus entis. ita ꝙ qḋlibet ens hēt
ſuū eſſe. Cum ergo corpus ante anime infuſioneʒ habeat
eſſe. manifeſtum eſt ꝙ totum eſſe corporis in compoſito
nō eſt anime. alioquin corpus poſt ſeparationem penitus
deſineret eſſe ſicut accidentia. que non habent aliud eſſe
ꝙ̄ eſſe ſuoꝝ ſubiectorum. ꝛ iō qn̄ amittunt eſſe ſubiecti:
amittunt penitus eſſe: niſi ſuſtententur per miraculum:
vt in ſacramento altaris.

Reſponſio

ad hec ſm̄ Thomam. Qualiter vnuʒ
eſt eſſe cōpoſiti ex anima ꝛ corpore: pʒ
ex dictis. ſ. ar. primo. ꝛ in reſponſionibus ad obiecta con
tra primā ſcḋe. ar. iij. qualiter etiam ponere vnitateʒ for/
me ꝛ ſimplr̄ materiā ſine forma eſſe nō poſſe: ex dictis ſa
tis patet dici erroneū nō debere. ¶ Ad argumentuʒ quo
nituntur oſtendere. ꝙ corpus habet eſſe in homine aliud
ab eſſe anime: qḋ ipſi corpori cōicatur. Dicendum ꝙ cor/
pus ante infuſionem anime habet eſſe a forma quadam
que in aduentu anime corrumpiẜ. ꝓpter qḋ eſſe qḋ a tali
forma habuit nō remanet. ꝛ poſt ſeparationem noua for/
ma inducitur a qua aliud eſſe cōmunicatur. ¶ Qḋ auteʒ
dicunt. ꝙ ex hoc ſequiẜ ꝙ corpus deberet penitus deſine
re eſſe ad modū accidentiū. manifeſtum eſt ꝙ nō ſequiẜ
Accidentia eniʒ ſunt indignantis nature: perimi poſſunt:
nō mutari ſm̄ Boetiū. Corpus autem phyſicum mobile
eſt ꝛ mutari pōt. vn̄ corpus viuum in morte nō annihila/
tur: ſed in corpus mortuū noua forma ſubſtantialis indu
citur. ꝛ per ꝯn̄s actu eſſendi nouo naturaliter permutatur.

ARticulus

Sextus. De hoc qḋ Tho/
mas dicit ibidem in reſpō/
ſione vltimi argumēti dicit aīam indiuidua
ri per corpus ꝛ ex corpore. ꝛ ꝙ īpoſſibile eſt
animam prius creari ꝙ̄ infundi.

Corruptorium.

Scḋo dictum videtur plane
derogare fideique dicit deū
omnipotentem. Cum enim anime creatio nec ſit nec eſſe
poſſit ab alio ꝙ̄ a deo: dicere animā prius nō poſſe creari
ꝙ̄ infundi nō eſt aliud dicere: niſi ꝙ deus nō pōt eaʒ prius
creare ꝙ̄ īfundat. Sicut ſm̄ Anſel. mūdū nō poſſe creari:
nihil aliud eſt ꝙ̄ deū nō poſſe mūdū creare. ergo nō eſſet
2 oīpotēs. ¶ Itē hoc eſt ꝯtra Aug. vij. ſup Gen. xxi. Certe

Corrup. IX.

ingt humane opinioni tolerabilius videẜ deū in primis opi/
bus (qui ſimul creauit oīa) aīam etiam humanā creaſſe
ꝙ̄ ſuo tempore membris ex limo formati corporis inſpi
rare. ¶ Itē indiuiduationem anime fieri per corpus: vi/ 3
detur eſſe falſuʒ ꝛ occaſio errandi. qꝛ ſequiẜ ex hoc ꝙ vel
aīa poſt ſeparationē a corpore deſinat eſſe: vel ſaltem ꝙ
poſt mortem hominū erit vnus itellectus tm̄ vel anima.
Si enim cōiunctio cum corporibus facit diſtinctioneʒ ꝛ
indiuiduationem animarum: ſequitur ꝙ ſeparatio faciet
vnitatem. ¶ Iteʒ arguiẜ ſic: aut corpus eſt tota cauſa in/ 4
diuiduationis anime: aut pars cauſe: aut cōcauſa. Si to/
ta cauſa. ergo ipſo poſito ponitur effectus. ſ. indiuiduatio.
ꝛ ipſo remoto remoueẜ effectus. ergo poſt mortē nō eſſet
indiuiduatio animarum: ſed vna tm̄ vel vnus intellectus:
qḋ erat error Auer. Si vo corpus eſt concauſa indiuidua 3°. de aīa
tionis: tunc quero que eſt illa pars que eſt concauſa cum ꝯ̄. 5.
illo: nō eſt dare niſi materiaʒ aīe: ſicut ꝛ ipſi dant in aliis
formis. ergo aīa habet materiā ſpūalē per quā indiuidua
tur. Si aūt dicas: nō indiuiduaẜ per materiā ſed per cor/
pus ꝛ accidentia: aut hec accidentia cauſanẜ ex cōiunctio
ne aīe cum corpore: aut ex coniunctione materie ſpūalis
ipſius anime ꝛ eius forma. qꝛ materia ꝛ forma ſunt cauſa
omniū accidētiū que ſunt ꝛ fiunt in ea: vt habeẜ p̊ phyſ. 1. ꝯ̄. 80.
Si p̊mo mō. ergo cū accidētia nō maneant facta ſepara
tione anime a corpe: non maneret aīe indiuiduatio. ergo
nec ipſa maneret. Si ſcḋo mō: tunc habeo ꝓpoſitum. ſ. ꝙ
nō indiuiduaẜ per corpus ſuū. ¶ Iteʒ Cōmen. ſuper. xij. ꝯ̄. 2.
meta. dicit ꝙ ſubſtantia vniuſcuiuſqꝫ per quā eſt vnuʒ: 5
eſt ſuum eſſe. ¶ Idē ſup. x. metaphyſice. qḋ eſt p̊ncipiuʒ ꝯ̄. 4.
eſſe: eſt p̊ncipiū nūeri. ꝛ qḋ eſt p̊ncipiū numeri eſt p̊ncipiū
eſſendi. Cū ergo aīa nō habeat eſſe per corpus. qḋ planuʒ
eſt. ſequitur ꝙ anima nō habeat vnitatem ꝛ p̊ncipiuʒ nu/
merationis: ſiue indiuiduationis a corpore.

Reſponſio

ad hec ſm̄ Thomam. Animā per cor
pus numerari aut indiuiduari per cor
porum diuerſitatem: ꝛ qualiter hoc debeat intelligi: de/
claratū eſt ſupra in reſponſione ad obiecta cōtra p̊mam
partem. articulo. viij. ꝛ. xi. quibus itellectis ea quoqꝫ que Ad p̊m
hic obiiciuntur cōtra hec facile diſſoluunẜ. ¶ Qḋ dicūt
in primis fidei derogare. ſ. ꝙ impoſſibile eſt animā prius
creari ꝙ̄ infundi: non dicunt veꝝ. ¶ Ad argumentū vo
per qḋ hoc ꝓbant dicendum. ꝙ multa ſunt impoſſibilia
nature: que non ſunt impoſſibilia deo. Quāuis igitur ipſi
anime rōne ſue nature repugnet p̊us eſſe ꝙ̄ corpori vniri:
rōne cuius Thomas dicit hoc eſſe impoſſibile: poſſet tn̄
aliū eſſendi ordinem deus aīe tribuere: vt nō ſoluʒ ante
corpus: ſed etiam ſemper ad modum angeli ſine corpore
exiſteret: lʒ forſan tūc aīa ꝓprie dici nō poſſet. ¶ Ad illḋ Ad 2m
qḋ de Auguſtino adducunt dōm. ꝙ Aug. dicit ſic de aīa
p̊mi hominis inquirendo: nō aſſerēdo. Unde in fine illi
inquiſitionis cap. vltimo. vij. ſuper Gen. ſic cōcludit. Enu
meratis quibuſdaʒ quibus pro certo adheret. ſ. ꝙ anima
ſit de nihilo: ꝛ ſit īmortalis ſm̄ quēdam vite ſue moduʒ.
Subdit. Cetera que in hoc libro diſputando locutus ſuʒ:
ad hoc valeant legentibus: vt aut nouerit quēadmoduʒ ſine
affirmādi temeritate tenenda ſunt: que nō aperte ſcriptu
ra loquiẜ. Aut ſi ei querendi modus iſte nō placet: quēad/
modū ipſe queſiui. ſciat ſi me pōt docere nō abnuat. ſi au
tē me nō pōt docere: a quo ambo diſcamus mecuʒ requi
rat. Utinā iſti alij exēplo Aug. ſic humiliter eſtimatiōes
ſuas pro qbus nunc rationes: nunc auctoritates (niſi ſm̄ Ad 3m
quādā apparētiā) pferre ſtuduiſſent. ¶ Rōnes vo quas Ad 4m
adducūt ꝯtra aīe indiuiduationē ſolute ſūt. ſ. dictū Com Ad 5m
mē. ſup. 4°. ꝛ. x. meta. nihil fac ꝓ eis. qꝛ Cōmē. (ſic pʒ in
ſine cōmēti) itelligit de p̊ncipio eēndi ꝛ numeri effectiuo

Et intendit ꝙ cum hoc fuerit inuentum.ſ.ꝙ idem eſt prin-
cipium eſſe numeri.qḋ declaratū eſt in phicis:ſcilicet hoc
eſſe pmū motorē eternū.declarabit̄ ꝙ illud eſt vnū de
quo declaratū fuit hoc qḋ eſt pncipiū ſubſtantie.Et ꝙ cō
cedendum eſt:ꝙ deus ipſe eſt pncipium effectiuū anime
tam quo ad eſſe ꝗ̄ etiam quo ad numerationē:nihilomi-
nus tamen corpus ad hoc requiritur tanꝗ̄ principium vel
cauſe materialis.

Articulus Septim⁹. De hoc qḋ dicit
Thomas ibidem ar.vii.in
reſponſione pncipali.ꝙ nulli ſubſtantie ſim-
plici debetur locus niſi ſm relationem quā
habet ad corpus.anima autem comparatur
ad corpus vt forma eius.Simile parti pme huius poſitio
nis dicitur infra diſ.xv.q.vi.in ſolutione argumenti tertij.

Corruptorium. Hoc qḋ hic pmo dicit̄ cū illo
articulo ſupra.ꝙ aīe nō ſit cō
poſite ex materia ſpirituali ⁊ forma:poteſt eſſe occaſio er
roris in putando ꝙ aīe ſeparate a corporibus nuſꝗ̄ ſint.ſ.
neqȝ in celo neqȝ in purgatorio.qḋ eſt cōtra fidē ⁊ contra
Damaſ.lib⁹.ij.cap.iij.vbi dicit.Ita angeli circumſcripti-
biles ſunt.Cum enim ſunt in celo nō ſunt in terra.⁊ cū a
t.9ª.22. deo ad terrā mittuntur nō remanēt in celo.❡ Item con
tra phm p̊ de celo ⁊ mūdo.vbi ait.ꝙ omnes homines cō-
ueniunt in hoc.ꝙ hoc corpus primū glorioſum eſt locus
ſpirituum:que vulgariter dicuntur angeli. Si aūt angeli
ſunt in loco:eadē rōne vel fortiori anime ſeparate.

Reſponſio ad hec ſm Thomā.Quomodo ange
li ſint in loco:⁊ quo mō ea que hic po-
nuntur facile diſſoluātur:ſufficiēter patet ſupra in reſpon
ſionibus ad obiecta cōtra pmā ptem ar.xvi.

Articulus Octauus.De hoc qḋ Tho
mas ſcripto p̊.diſ.xi.art.ij.
in reſponſione pncipali dicit.ꝙ pater ⁊ filius
vtute vnius eſſentie ſpirant ſpiritum ſanctū
vnica ſpiratiōe:⁊ iḋ qui ſpiratur eſt ſimplex.

Corruptorium. Hoc dictum excuſat gdā.Di
cit enim Dam.lib.p̊.cap.viij.
Generatio inquit ſine pncipio eſt ⁊ eterna:nature opus exi-
ſtens.Certe ſi generatio eſt opus nature ⁊ ſpiratio.qꝛ er-
go nō dixit ꝙ ſpirant inquātum cōmunicant vtutē vnius
nature:ſed cū virtute vnius nature pncipiandi ſpūm ſan-
ctum vel ſpirandi.qꝛ ſi ſic tunc ſpiritusſanctus ſpiraret ſe
ipſum cū eadē virtus nature ſit in ipſo. Sed intendit di
cere.ꝙ pater ⁊ filius habentes nature vnius virtutē ſpi-
randi ſpirant ſpūſanctum.Et ſic videt̄ loqui Anſel.de p
ceſſione ſpiritusſancti.cap.vij.Ex eo inquit ꝙ pater ⁊ fili⁹
vnū ſūt.ideo ex deo eſt ſpūſſanctus:nō ex eo vñ alij ſunt.
Et libro eodē.cap.viij.dicit.ꝙ ſpiritusſanctus ex dei eſſen
tia eſt.❡ Itē in Monolog.xiiij.Spiritusſanctus pcedit:
nō ex eo in quo plures ſunt pater ⁊ filius:ſȝ ex deo in quo
vnum ſunt plures. Alia enim eſt relatio paternalis filij:
alia ſpiritusſancti.Sed ex ipſa ſua eſſentia que pluralita-
tem nō admittit:emittunt pater ⁊ filius pariter tantū bo-
num.❡ Itē.xxvij.di.pater ⁊ fili⁹ nō faciūt neqȝ gignūt:
ſed q̊dammodo(ſi ſic dici pōt)ſpirant ſuū amorē. Quam
nō modo noſtro ſpiret ſumma incōmutabiliſqȝ eſſentia.
❡ Itē phs p̊ rhetorice ſue dicit.ꝙ natura ſiunt quorum
cauſa eſt in ipſis ⁊ ordinata.qꝛ ergo in patre ⁊ filio eſt cau
ſa:vel potius pncipium ſpirandi ſpiritum ſanctum:poteſt
dici ſic large:ꝙ virtute vnius nature inquātum ſunt vnum
in natura virtuoſa vel eſſentie ſm Anſel.ſpirāt ſpūm ſan-
ctum.Alijs videt̄.ꝙ dicta poſitio non ſit recipienda. nā
per lȝ vtute vnius nature:notatur ratio pncipiandi.Cum
igitur eadem virtus ⁊ natura ſunt in ſpūſancto:ſpiritus-
ſanctus ſpiraret ſeipſum:qḋ eſt erroneū.❡ P̄.vt dicit Ri 2
char.vi.de trini.generatio eſt pductio exiſtētis de exiſtē
te ſm operationē nature.Si igit̄ ſpiratio ſit virtute natu
re ⁊ operatione nature:ſpiratio erit generatio. ❡ P̄.lȝ ſit 3
vis nature in patre ⁊ filio. non tamen natura eſt imedia
tum pncipiū ſpirandi ⁊ pncipale:ſed vis cōis ſpiratiua.ita 4
ꝙ nō virtute vnius nature:ſed virtute cōmunis vis ſpira
tiue ſpirant ſpiritū ſanctū.❡ Itē.v.de trini.cap.xiiij.Exit 5
ſpiritusſanctus a patre:nō quo mō natus:ſed quo mō da-
tus.ſpirari autē virtute nature nō eſt exire quo mō datus
ſed potius quo mō natus.Quia vt dicit̄.iiij.metaph. na- t.3ª.z.
ture eſt generare ſibi ſimile.ſpirare aūt nō videt̄ nature:
ſed voluntatis amatiue.ergo ⁊c̄.❡ Itē idē Richar.vi. 6
de trini.cap.viij.Nihil itaqȝ in diuinis eſt iuxta donū lar
gientis gratie:ſed iuxta proprietatē largientis nature:ſed
proprietas nature exigit.ꝙ voluntas ⁊ vis ſpiret non na-
tura tñ:ſed potius ꝙ generet.ergo ⁊c̄.

Reſponſio ad hec ſm Thomā.Potentia ſpirati-
ua ſicut ⁊ potētia generatiua eſſentiā
quidē diuinā dicunt in recto:lȝ notionem importent in
obliquo.⁊ ideo ſatis ꝯgrue dicit̄:imo veriſſime ꝙ pater ⁊
filius virtute vnius nature ſpirant ſpiritū ſanctū. ꝗ̄ ipſa
natura diuina que vna eſt cū ipſa virtute vel potentia ſpi
ratiua.Quod aūt ꝯtra hoc obijciunt friuolū eſt ⁊ vanū.
❡ Ad pmū ergo dōm.ꝙ ratio pncipiandi ſpiritū ſanctū Ad p^m
eſt ipſa diuina eſſentia vel natura:lȝ principiās ſit per-
ſona patris ⁊ filij.Ex hoc tamē non ſequit̄ ꝙ ſpiritusſan-
ctus ſpiret ſeipſum.eo ꝙ in ipſo eadē natura inuenitur.
qḋ pȝ.Natura enī que eſt ipſa eſſentia diuina:eſt ratio pn
cipiandi filiū.⁊ ipſa eadē cōmunicat̄ filio nō tamē ſequi-
tur ꝙ filius pducat ſeipſum.Quis enī eadē natura ſit in
patre ⁊ in filio:nō tamē habet eandē rōnē principiandi
in vtroqȝ.qꝛ videlicet nō eſt in vtroqȝ eodē mō.Sic ꝯ-
no eſt intelligendū de natura diuina que in patre ⁊ filio
hēt rōnē pncipiandi ſpiritū ſanctū. In ſpiritu ſancto vō in
quo eſt alio mō rōnē iſtā nō hēt:vt.ſ.ſit pncipiū ſemetipſ
vel perſonā aliā pducendi.Et ad hoc qḋ dictū eſt appro-
bandū:faciunt per oīa auctoritates quas pmo adducunt.
❡ Qḋ vō ſubdunt pro alijs videt̄.ꝙ pdicta poſitio nō ſit
recipienda.Dicendū nobis de viſa vel eſtimatiōe talium
dictis Anſelmi preallegatis ꝯtradicentiū vel forſan ipſa
non intelligentium non eſt curandum.❡ Ad primū vō
qḋ illi adducunt:dictū eſt ſupra in reſpōſione primi ar-
gumenti illius articuli.❡ Ad ſecundū dicendum.ꝙ ſm Ad 2^m
Richar.generatio quidē eſt productio exiſtentis de exi
ſtente ſm operationem nature vt natura eſt:ſed ſpiratio
eſt virtute nature:nō tamē per modū nature ſed per mo
dum voluntatis:inquātū.ſ.ipſa natura diuina eius volū
tas eſt.ſicut eēntia diuina eſt ipſi deo ratio eſſendi inquā
tum eſſentia.Et ipſa eadem eſſentia eſt ipſi deo ratio in-
telligendi:inquantum intellectus ⁊ ratio volendi inquā-
tum voluntas eſt. Lȝ autem voluntas ⁊ natura nō dif-
ferant niſi ſm rationem.tamen emanationes due:qua-
rū vnius ipſa diuina eſſentia eſt principiū vt natura eſt:
⁊ alterius vt voluntas eſt ſunt diuerſe.qḋ vtiqȝ contingit
ꝙ ipſa eēntia diuina que vna eſt ⁊ eadem:penitus eſt prin-
cipium intellectionis que ad verbū expreſſiue terminat̄
⁊ pncipium dilectionis ſiue actus voluntatis:qui in nexū
quodā ſeu copula ꝯſumat̄:qḋ ⁊ amor procedens ſeu ipſe
ſpiritusſanctus procedens intelligitur. put alibi ex dictis Ad 3^m
Tho.euidentius declarat̄.❡ Ad tertiū dicendū.ꝙ hoc
qḋ dicunt.ꝙ natura non eſt imediatū ⁊ principale princi
piū ſpirandi:ſed vis ſpiratiua includit ꝯtradictoria:qꝛ vis
ſpiratiua eſt ipſa natura diuina:lȝ in ipſo vt ſpiratiua im- Ad 4^m
portet̄ notio in obliquo.❡ Per idē patet ad quartū.dice

re enim ꝙ nõ ſpirẽt v̄tute vnius nãe.⁊ ꝙ ſpirent v̄tute vis cõmunis ſpiratiue ex primo dictis liquet ꝯdictoria
Ad 5m implicare. ❡ Ad 5m dicendũ.ꝙ ſpũſſanctus dicit̄ nõ exire quo mõ datus ⁊c.q2 ꝓcedit per modũ volũtatis.tñ nõ ſe quit̄ ꝙ nã ſiue eſſentia diuina inquantũ eſt ipſa ſua volũtas ſit ꝑncipiũ formale quo ſpũſſanctus a patre ⁊ filio
Ad 6m procedit. ❡ Ad 6m dõm.ꝙ auctoritas Rich.olo eſt pro Thoma. Si enim nihil eſt in diuinis iuxta donum largientis gr̃e:ſed totũ iuxta ꝓprietatem largientis nãe:manifeſtũ eſt ꝙ ex plenitudine perfectiõis illius nature prouenit.ꝙ ipſa natura ſit ꝑncipium generationis filij.⁊ natura voluntas ꝑncipium ꝓceſſionis ſpũſſancti. ❡ Qđ eõdem ipſi dicũt de ſuo.ꝙ ꝓprietas nature exigit ꝙ volũtas vt vis ſpiratiua ſpiret:falſũ eſt ⁊ erroneũ plane. Volũtas enim nõ ſpirat ſicut nec eſſentia:nec per cõſequẽs vis ſpiratiua que eſt ipſamet eſſentia cũ notione in obliquo intellecta. Sed perſona patris ⁊ perſona filij:in quibus cõmuniter ipſa volũtas ac potentia ſpiratiua reperitur. Diſcant ergo cautius in hac materia loqui.ne nouam inducant doctrinã ꝓphanã vtiq3 ⁊ erroneã.q2.ſ. ipſa natura diuina vel eſſentia debeat dici producere vel ſpirare. Ex quo ſequitur cũ nihil ſeipſuz in eſſe ꝓducat:diuinã eſſentiam pluraficari.quod dicere nullus dubitat manifeſtaz hereſim affirmare.

Articulus Nonus de hoc qđ Thomas in ſcripto ꝑ diſ.xvij.q.i.ar.iij in reſponſione ꝑncipali dicit aiam habentem meliora naturalia:dũtamen ſit par conatus plus recipere de gr̃a ⁊ de ꝑfectionibus infuſis.

Corruptorium. Lz hoc videt̄ poſſe dupl'r intelligi.vel ita ꝙ gratia ⁊ ꝑfectiones infuſe per illã ſint q̄dem plus ⁊ melius in eſſentia ſua vt a deo infundunt̄:q̄3 gratia ⁊ perfectiones infuſe habenti minus bona naturalia.hoc putamus eſſe falſum ⁊ errori ꝓpinquũ.q2 ſm hoc gratia quodãmõ nõ eſſet gratia.ad Ro.xi.⁊ qui plus laboraret nõ plus reciperet. Magis enim eſt cõſonum gratie ⁊ iuſtitie.ꝙ habens minus
Mat.xx bona naturalia:ſi par ſit conatus in eo reſpectu illius qui
Luce.xxi meliora habet ꝙ plus de gratia accipiat.q2 plus ſm vires ſuas laborat.⁊ plus ſe ad gratiam diſponit.ſicut plus miſit vidua que miſit quadrantem:q̄3 diuites qui iactabant multa. Et multo fortius illi multa mittendo q̄3 ſi iactaſſent quadrantem. Sic etiaz credo.ꝙ homo debilis ⁊ paſſibilis ieiunando.vigilando.peregrinando:vel alr̃ laborando:plus ſe diſponit ad gratiam ⁊ plus etiã recipiet q̄3 fortis quaſi gigas eq̄lia faciendo. Vel põt intelligi ita.ꝙ gr̃a ⁊ ꝑfectiones infuſe habẽti meliora naturalia cũ pari conatu ſunt maioris efficacie:inq̄ntum in illo recipiuntur: lz in ſe ⁊ ſm ſe ſint eq̄les:ſic eſt verũ qđ dicit̄. Nã ſi homini nãliter impio vel crudeli:⁊ alteri naturaliter pio ⁊ miti equaliter conantibus pro gratia habenda gr̃a infundat̄ ille pius plus habilitat̄ ad opus bonũ vt ad ꝓximũ diligendũ ⁊ deum q̄3 impius ſicut idẽ radius plus illuminat minus obſcurum ⁊ minus denſum q̄3 magis obſcurum. Et ſi ſint duo milites eque fortes:ille qui habet meliorẽ equũ plus poteſt in bello. Habet aũt ſe gratia ſm Auguſtinũ ad liberum arbitriũ ſicut ſeſſor ad equũ. Et equalis ignis plus inflammat lignũ ſiccuz ⁊ pingue:q̄3 lignum madefactum ⁊ viride.

Reſponſio ad hec ſm Thomaz. Qualiter habeat intelligi ꝙ habens meliora naturalia recipiat plus de gratia:patet ex dictis in reſponſionib9 ad obiecta contra primã partem. quibus viſis ea que hic dicuntur in nullo fore contra ſententiaz Thome euidẽtius conuincuntur:quia ⁊ ipſa verba Thome ſatis expreſſe ꝓcedunt ſi intelligantur. Hoc enim ſciendũ.ꝙ ad omnia que iſti ꝯtra Thomaz a principio adduxerunt:faciliime per eius verba veritate plena poterit reſponderi.pro aliq̄bus tamen habendo omnia ſcripta eiuſdẽ que iſti (vt ex proceſſu eorum euidentius liquet) niſi ſunt deprauare: nulli dubium facultatem deeſſe:quorum forſan manib9 iſta eoꝝ deprauata deuenire contingerit:nunc verba eius: nunc ſententiaz (prout capere potuimus) articulis ſingulis curauimus ad omnia reſpondendo: ſm noſtrum modulum applicare volentes:ad aliis ſapientibus occaſionem lucidius reſpondendi:⁊ illius laudes attollendi vberius preberet:que doctorem iſtum ſapientie radio illuſtraret:⁊ ſuper eccleſie candelabrum:pro orbis terrarũ inſtructiõe:dignatus eſt ſua clemẽtia exaltare. Cui laus. honor ⁊ gloria:in ſecula ſeculorum. Amen.

❡ Correctorium Corruptorij editũ a venerabili domino Egidio de Roma ordinis eremitaꝝ ſancti Auguſtini Archiepiſcopo Bituricẽſ. contra ⁊ aduerſus quoſdã emulos doctrine ſancti Thome de Aquino ordinis predicatorum. Impreſſuz Venetijs Impenſa Heredum quondã nobilis viri domini Octauiani Scoti ciuis Modoetienſis ⁊ Sociorum.14.Madij.1516.

Regiſtrum.

aa bb cc dd ee ff gg hh ij
Ultimus Quaternus.alij Terni

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE